inicio: atque in hanc flammam recentem tum C. Iunium [qui illi quaestioni praefuerat] esse iniectum memini; Cluent. 79. audieram et legeram clarissimos nostrae civitatis viros se in medios hostis ... iniecisse; dom. 64. qui ... in medios se iniecit ignis; Scaur. 48.

inquiro: cum ego diem inquirendi in Siciliam ... postulavissem; Verr. a. pr. 6. dum in istum inquiro; ib. IV, 4. quod inquisitum in te venerit; ib. 145. „scis tu illum ... inquirere in competitores“? Muren. 45.

inrepo: cum ceteri ... aliquo modo in eorum municipiorum tabulas inrepserunt; Arch. 10. qui tam libenter in opinionem gratiae inrepat ‖increpat‖; har. resp. 52. non inrepsisse in censum dicitur; Balb. 5.

inrumpo: inrumpant in aerarium; leg. agr. II, 47. et in nostrum fletum inrumpes; Ligar. 13. cum latronum manu in Galliam inruperit; Phil. VI, 3. sic a suis legionibus condemnatus inrupit in Galliam ..; ib. X, 21. alter in Asiam inrupit; ib. XI, 4. sed cum libertatis avida legio effrenatius in aciem hostium inrupisset ..; ib. XIV, 26.

inruo: qui ... in odium offensionemque populi Romani inruere videantur; Verr. a. pr. 35. vi in tectum inruunt; Tull. 34. exclusus hac criminatione Torquatus rursus in me inruit; Sulla 40. in quem quisque per homines concitatos inruerit; dom. 106. qui (tribunus plebis) ... omni impetu furoris in eum civem inruerit, quem ..; ib. 119. etsi aequabiliter in rem publicam, in privatos, in longinquos, in propinquos, in alienos, in suos inruebat: Milo 76. quem enim iste in scopulum non incidit? quod in telum non inruit? Fr. A, V, 4.

insanio: in alienos insanus insanisti; Scaur. 45.

insero: quod homini iam perdito et collum in laqueum inserenti subvenisti; Verr. IV, 87. nunc inserite oculos in curiam; Font. 43. caput in aversam lecticam inserens, beneficia quae venderet a conlega petebat; Phil. II, 82.

insinuo: quibus rebus ... se insinuet in familiaritatem Metelli; Verr. III, 157. qui ... se in eius familiaritatem insinuasset; Caecin. 13. nullum extraneum malum est quod *insi*nuare in hanc *rem publicam possit*; Rabir. 33. eccui potestas in forum insinuandi fuit? Phil. V, 8. ſ. do; leg. agr. II, 12.

instituo: quippe vides poenam illam a te in alium institutam in te ipsum esse conversam; dom. 126. si ... illa omnia in hunc unum instituta, parata, intenta sunt; Milo 67.

insulto: quae (Fortuna) tot annos illum in hanc rem publicam insultare pateretur; Milo 87.

insuo: insutus in culeum ‖culeum supplicium parricidarum‖ ... vitam amittere; Sex. Rosc. 30. insui voluerunt in culeum vivos; ib. 70.

insusurro: cum erat ad eum ventum et in aurem eius insusurratum; Verr. I, 120.

intendo: periculum, quod in omnis intenditur; Sex. Rosc. 7. si quod in me telum intenderit; har. resp. 7. cum ... intentus *est* arcus in me unum, ... re quidem vera ‖[vera]‖ in universam rem publicam; Sest. 15. quod facinus in alienum hominem intentum severe acciperet; Cael. 54. cum

omnia tela undique esse intenta in patriam viderem; prov. cons. 23. ſ. instituo; Milo 67.

interpono: inque eam rem fidem suam ... interponeret; Sex. Rosc. 114.

intro: iste in possessionem bonorum mulieris intrat; div. Caec. 56. „at ... in Capitolium intrare ... non debuisti"; dom. 5.

introduco: in cubiculum introductus est; Verr. III, 56. itaque introductis in senatum indicibus institui ‖constitui‖ senatores; Sulla 41. gladiatores ... in senatum introducti; Sest. 85. aut quam ambitionem ... L. Caesar in senatum introduxit? Phil. XI, 19.

introeo: quae (natio) neminem patitur non honeste in urbem introire; Muren. 69. et quidem se introiturum in urbem dixit exiturumque cum vellet; Phil. III, 27. ut ... tamen nisi saeptis revolsis introiri in forum nullo modo posset; ib. V, 9.

introfero: lectica in urbem introferri solitus est; Verr. V, 34. primum ut in oppidum introferretur; Flacc. 75.

introspicio: introspicite penitus in omnis rei publicae partis; Font. 43.

invado: ſ. **invado** (16 St.)

inveho: ſ. **inveho** (17 St.)

invito: cum .. tuos amicos in provinciam quasi in praedam invitabas; Verr. II, 29.

iuro: quod in codicem iniuratus referre nolit, id iurare in litem non dubitet; Qu. Rosc. 4. quod in legem non iurasset; Cluent. 91. si in aliquam legem aliquando non iuraverat; ib. 92. sive quod in legem non iurasset sive quod ..; ib. 96. cum unus in legem per vim latam iurare noluerat; Sest. 37. quasi vero ille non in alias quoque leges ... iam ante iuraverit! ib. 61. cumque in eam legem ... iurare unus noluisset; ib. 101.

lego: nam Popilium ... in senatum non legit; Cluent. 132. ubi cavisti ne me meo ‖ne meo — ne meo me‖ loco censor in senatum legeret? dom. 82.

machinor: quam (pestem) tu in nos [iam diu] machinaris; Catil. I, 2.

meditor: maiora tamen in nos quam in hostem supplicia meditatur; Phil. XI, 3.

minuo: ſ. III. studium.

mitigo: Lampsacenos in istum numquam ulla res mitigasset; Verr. I, 82.

mitto: in Galliam mittit, ut ..; Quinct. 20. revocares eum, quem in Galliam miseras? ib. 83. si in possessionem misisses; ib. confirmavi necesse esse aut ..., aut Sex. Naevium diebus compluribus ante in possessionem misisse; ib. 88. testibus editis ita mittam in consilium, ut ..; Verr. I, 26. quoniam quidem in Achaiam ... missus est; ib. 60. se homines certos eius rei causa in Siciliam [et] terra ‖in Siciliam in terra‖ et mari esse missurum; ib. II, 96. in quem (hominem) ipsi ... Romam mandata legatosque misissent; ib. 161. ut in alienam provinciam litteras mittat; ib. III, 44. misit litteras in Siciliam; ib. 167. mercatorem in provinciam ... misimus; ib. IV, 8. quam (navem) onustam furtis in Italiam mitteret; ib. 23. quod prodigium in provinciam misimus? ib. 47. quod (candelabrum) in Capitolium missurus esset; ib. 67. cum inveniretur nemo qui in illa loca ... mitteretur; ib. V, 41. tum iste, se comperisse eum speculandi causa in Siciliam a ducibus fugitivorum esse missum; ib. 161. qui ... usque in Hispaniam legatos ac litteras misit; imp. Pomp. 9. quod ceteros in provinciam eius modi homines cum imperio mittimus; ib. 13. missis item in oram Illyrici maris et in Achaiam omnemque Graeciam navibus; ib. 35. cum ad eum usque in Pamphyliam legatos deprecatoresque misissent; ib. idem iste Mithridates nonne ... legatum usque in Hispaniam misit? ib. 46. cum in consilium mittebant; Cluent. 83. cum mittantur ‖immittantur‖ in orbem terrarum xviri summo cum imperio; leg. agr. I, 9. cuius non in provinciam, sed in ipsa castra xviri cum imperio ... mittuntur; ib. II, 60. cum a maioribus nostris P. Lentulus ... in ea loca missus esset; ib. 82. eosque in Galliam ... ad Catilinam esse ‖esse ad Catilinam‖ missos; Catil. III, 4. ut equitatum in Italiam quam primum mitterent; ib. 9. si inconstanter nomen suum misit in hoc iudicium ..; Flacc. 5. (3. 37.) „at enim Sittius est ab hoc in ulteriorem Hispaniam missus, ut" ..; Sulla 56. frumentum provinciae frumentariae ... partim in alias terras ... miserant; dom. 11. quo ille ... cohortis in hiberna misit; prov. cons. 5. quod ... in operas plurimos patris auctoritate et gratia miserit; Planc. 47. nec interea locupletare amicos umquam suos destitit, mittere in negotium ..; Rab. Post. 4. tuus parvus filius in Capitolium a te missus pacis obses fuit; Phil. I, 31. „in Syriam Cassium misistis"; ib. XIII, 30. nunc in tantam flammam tamque inveteratam mittamus (viros), cum ..? ib. 48.

moveo: deiectus vero qui potest esse quisquam, nisi in inferiorem locum de superiore motus? Caecin. 50.

muto: ſ. verto; Sex. Rosc. 103.

navigo: hac classe M. Crassus ... ab Aeno in Asiam, his navibus Flaccus ex Asia in Macedoniam navigavit; Flacc. 32.

nubo: tum denique in familiae luctum atque in propinquorum funus nupsit; Cluent. 188. cum ex amplissimo genere in familiam clarissimam nupsisses; Cael. 34.

nuntio: in castra L. Sullae mors Sex. Roscii ... nuntiatur; Sex. Rosc. 105. Pompeio in hortos nuntiavit; Milo 65.

obicio: nego rem esse ullam in quemquam illorum obiectam ‖prolatam‖; Cluent. 113. numquam me ... in tot ac tantas dimicationes atque in hos profligatorum hominum cotidianos impetus obiecissem ‖coniecissem‖; Arch. 14.

offero: qui auderent se et salutem suam in discrimen offerre; Sest. 1. obtulit in discrimen vitam suam; ib. 61. quin etiam illa ipsa rerum humanarum domina, Fortuna, in istius societatem gloriae se non offert; Marcell. 7.

paro: tela coniecisti, quae parata sunt in eos, qui ... fecerunt; Quinct. 52. quamquam paratus in imparatos Clodius; Milo 55. tum in me impetus conductorum hominum quasi in tyrannum parabatur; Phil. XIV, 15. ſ. instituo; Milo 67.

pecco: tamen in eam partem potius peccant, quae est cautior; Sex. Rosc. 56.

penetro: statim sine ullo metu in ipsum portum penetrare coeperunt; Verr. V, 96. si oppressis municipiis et coloniis imparatis in illam ultimam Galliam penetrare potuisset; Phil. V, 37. qui ne vivo quidem Trebonio Dolabellae latrocinium in Syriam penetrare sivisset; ib. XI, 32. eique in Galliam penetranti [P.] se Brutus obiecit; ib. XIII, 20.

perduco: Asuvius autem *ab eo* ‖ab Avillio‖ [brevi illo tempore] quasi in hortulos [iret] in arenarias quasdam ... perductus occiditur; Cluent. 37. o reliquos omnis dies noctisque eas, quibus iste a me non recedens Thessalonicam me in quaestoriumque perduxit! Planc. 99.

perfero: si hoc ita perlatum erit in Galliam; Font. 36. non enim illum eximia vis remigum ... aut venti aliqui novi tam celeriter in ultimas terras pertulerunt; imp. Pomp. 40. ut haec quam primum in omnis ordines quaestio perferatur; Cluent. 155.

perfugio: in tribunatus portum perfugerat; Sest. 18.

pergo: perge in Siciliam; leg. agr. II, 48. an in Capitolium pergere (Rabirium convenit)? Rabir. 21. recta perge in exilium; Catil. I, 23. in Macedoniam ad Planciumque perrexi; Planc. 98. pergit in me ‖pergit † in me — in mea‖ maledicta; Phil. XIII, 40.

permano: celerius potuit comestum quam epo-

tum in venas atque in omnis partis corporis permanare? Cluent. 173.

permitto: ſ. III. potestas.

perscribo: ea ... in tabulas publicas ad aerarium perscribenda curavit; Verr. I, 57. in aedem sacram reficiendam se perscripsisse dicunt; Flacc. 44.

persequor: qui cum Opimio consule armati Gracchum in Aventinum persecuti sunt; Phil. VIII, 14.

pervado: eodem intervallo pars eius belli in Italiam ulla pervasit; Verr. V, 6. quas in oras maxime quasi morbus quidam illius furoris pervaserat; Sulla 53.

pervenio: qui sua virtute in altiorem locum pervenit; Sex. Rosc. 88. quem in locum rem publicam perventuram putetis; ib. 153. qui (pupillus) in tutelam pervenit; Qu. Rosc. 16. populum [quidem] Syracusanum in maximam invidiam sua infamia ... pervenisse; Verr. II, 45. ante quam in istius tantam familiaritatem pervenisset; ib. 171. in vestram cohortem te monitore an sua sponte pervenerat? ib. III, 155. famam in regna aliorum atque in ultimas terras perventuram putasti; ib. IV, 68. copulati in ius pervenimus; ib. 148. cum duodecim secures in praedonum potestatem pervenerint; imp. Pomp. 32. cuius legiones sic in Asiam pervenerint; ib. 39. cum ... dicerent se potuisse iudicio populi Romani in amplissimum locum pervenire; Cluent. 153. si iste, quo intendit, in Mauliana castra pervenerit; Catil. I, 30. qui nec in senatum ulla condicione pervenire potuit ..; Flacc. 43. inde navigio perparvo ... in oras Africae desertissimas pervenisse; Sest. 50. quod ex malis boni posset |possit|| in rem publicam pervenire, id ..; ib. 63. in quem (locum) ... facillime pervenisset; ib. 114. quem scias umquam legatum Hispaniensem istis itineribus in illam provinciam pervenisse? Vatin. 12. cum in provincias pervenissent; prov. cons. 13. obiectum est etiam, quod in tribum Clustuminam pervenerit; Balb. 57. ut in castra M. Antonii ... perveniret; Phil. IX, 15.

pervolgo: sunt enim ista maledicta pervolgata in omnis; Cael 6.

peto: petatur hereditas [ea], quae nulla debetur, in praedam praetoris? Verr. II, 43.

polliceor: ut servos in quaestionem polliceatur; Sex. Rosc. 77. velle Siculos senatui polliceri frumentum in cellam gratis; Verr. III, 200. quam (auctoritatem damus), ut pecunias in rem publicam polliceantur? Phil. VIII, 4.

pono: ſ. III. pedem pono.

porto: cum ... in eum locum quo imperabatur portare nollet (frumentum); Verr. III, 189. quo ex loco in quem locum ne portarent? ib. 191. praefectum ... eos (dentis) in Africam portasse; ib. IV, 103.

postulo: [cuius procurator non omnia iudicia quae quisque in verba postularit acceperit]; Quinct. 64. servos paternos in quaestionem ... postulavit; Sex. Rosc. 77. postulatos esse ab istis duos servos in quaestionem; ib. 119. qui sibi in Achaiam biduo breviorem diem postularet; Verr. a. pr. 6. qui, cum ego mihi c et x dies solos in Siciliam postulassem, c et VIII sibi in Achaiam postularet; Verr. I, 30. in quem iudicium ... postulatum sit; ib. III, 29. ita in eum iudicium ... postulabatur; ib. 39. praeterea servum illum ... ab hoc adulescente Oppianico in quaestionem postulavit; Cluent. 176. atque etiam ... Nicostratum eundem illum tum sine causa in quaestionem postulavit; ib. 181.

praebeo: haec civitas mulieri in redimiculum praebeat, haec in crinis; Verr. III, 76.

praedico: quis est qui id non totum in istius ludos praedictum et responsum esse fateatur? har. resp. 29.

praemitto: quem (Q. Metellum) ego ... in agrum Gallicum Picenumque praemisi; Catil. II, 26.

probo: confirmavit eos in Sthenium quicquid vellent ... probaturos; Verr. II, 90.

procedo: procedite in medium; Verr. II, 190. haec tibi laudatio procedat in numerum; ib. IV, 20. procedit in medium, vini, somni, stupri plenus; ib. V, 94. si in istum locum processerint; Cael. 67.

prodeo: prodeundi tibi in publicum potestatem factam negas; Verr. I, 80. cur ... feminas in tantum virorum conventum ... prodire cogis? ib. 94. nunc ... in meam contionem prodeant; leg. agr. III, 1. in ea (civitate) non esse gravatos homines prodire hora tertia in campum Martium; Muren. 69.

produco: cum eum ... in conspectum populi Romani produxisset; Verr. I 122. graviorem ... se fore ab inferis testem, quam si vivus in iudicium produceretur; ib. V, 113. tu in iudicium archipiratam domo producere ausus es; ib. 136. cum in eum locum productus est; Font. 27. ſ. **contio**, II, 4. produco in (6 St.) W. I, S. 690, b.

profero: itaque adversaria in iudicium protulit nemo; Qu. Rosc. 7. turpissimum illud facinus non solum graviter tulit, sed etiam in medium protulit; Verr. a. pr. 29. direptionem commemorabo et in medium proferam; ib. IV, 115. non agitanda res erit? non in medium proferenda? ib. V, 179. ut res patefacta et in forum prolata ... sit; Cluent. 78. quaestus forensis in medium proferebatur; ib. 101. ut nihil possint ex eis ... in aspectum lucemque proferre; Arch. 12. quis enim umquam ... litteras ... in medium protulit palamque recitavit? Phil. II, 7.

proficiscor: nec ita multo post in Galliam proficiscitur Quinctius; Quinct. 15. ut expeditus in Galliam proficisci posset; ib. 23. quo die Roma in Galliam profectus sit; ib. 57. quotiens Naevius in Galliam profectus est; ib. 62. proficisceuti tibi in possessionem praetor ipse ... dicit; ib. 85. in Siciliam sum ... profectus; Verr. I, 16. profectus est quaestor in provinciam; ib. 34. ut ... [in Asiam] hominis nequissimi causa in alienam provinciam proficisceretur; ib. 73. nam Malleolus in provinciam sic [copiose] profectus erat; ib. 91. aliquanto ante in provinciam iste proficiscitur; ib. 149. qui e Chelidonis sinu in provinciam profectus esset; ib. II, 24. quod L. Metellus in provinciam profectus est; ib. 62. cum sibi in provinciam proficiscendum putaret; ib. III, 44. cum ... in Siciliam esset profectus; ib. 63. qui ... in provinciam esset profectus; ib. IV, 9. in Syriam in regnum patrium profecti sunt; ib. 61. in fundum proficiscuntur; Caecin. 21. quem ad modum ... in colonias Latinas saepe nostri cives profecti sint; ib. 98. qui ... ad patris exercitum atque in militiae disciplinam profectus est; imp. Pomp. 28. atque haec tot exempla ... profecta sunt in eundem hominem; ib. 63. nunc qua cupiditate homines in provincias ... proficiscantur ignorant videlicet isti; ib. 67. propinqui tamen illi ... in agrum Gallicum profecti sunt; Cluent. 22. qui erant in agrum Gallicum profecti; ib. 24. in exsilium ... proficiscere; Catil. I, 20. cum esset ... in Siciliam profectus; Arch. 6. qui cives Romani in colonias Latinas proficiscebantur; dom. 78. nec beneficium ullum a me in rem publicam profectum dicerem; ib. 97. in Africam profectus est; Cael. 73. quem (Cn. Publicium Menandrum) apud maiores legati nostri in Graeciam proficiscentes interpretem secum habere voluerunt; Balb. 28. an cum proficiscebamini paludati in provincias vel emptas vel ereptas ..? Piso 31. qui adulescentulus cum A. Torquato profectus in Africam sic ... dilectus est, ut ..; Planc. 27. Q. enim Ligarius ... legatus in Africam ... profectus est; Ligar. 2. cum Caesar in Hispaniam proficiscens huic conculcandam Italiam tradidisset; Phil. II, 57. proficiscitur in Hispaniam Caesar; ib. 74. profectus est aliquando tandem in Hispaniam; ib. 75. neque enim est in provinciam suam Cretam

profectus; ib. XI, 27. cum est in Syriam profectus; ib. 28.

profugio: damnati ... comitiis centuriatis cum in exsilium profugissent; dom. 86. quod ... in oppidum devium Beroeam profugisti; Piso 89. sed profugit paludatus. at quo? in provinciam firmissimorum [et fortissimorum] civium ..; Phil. V, 24.

profundo: ut eorum veteres inlibatasque divitias in profundissimum libidinum suarum gurgitem profundat; Sest. 93. omne odium ... in me profudistis; Piso 16. id (odium) in eius imaginem ac simulacrum profuderunt; ib. 93.

progredior: numquam illos in eum locum progressuros fuisse; Verr. I, 81. an in eum annum progredi nemo poterit edicto? ib. 109. non horreo in hunc locum progredi † posse; ‖non horrui in hunc locum progredi — non horreo, ut in hunc locum progredi possim — non horreo: in hunc locum progredi possum‖; leg. agr. II, 101. et cogita quem in locum sis progressus; Catil. III, 12.

proicio: sed quod erat ... (urbs) ita proiecta in altum; Verr. IV, 21. in utriusque portus ostium aditumque proiecta est; ib. 118. hoc ex genere si qui se in hoc iudicium forte proiecerint ..; Cael. 22. quam ob rem vitam suam ... numquam in periculum ... proiciebat; Milo 56. videlicet homines foeneos in medium ad tentandum periculum proicit ‖proiectos‖; Fr. B, VI, 1.

propago: qui ... stirpem iam prope in quingentesimum annum propagavit; Phil. I, 13.

propero: etiam cum in castra Etrusca properabat; Milo 55.

propono: aliquando tandem ... lex in publicum proponitur; leg. agr. II, 13. ſ. edo; Verr. III, 98.

proscribo: in eum diem ‖in eo die; eo die‖ Kalendas Martias proscribi iuberet; Verr. II, 129.

prospicio: IN RELIQUUM TAMEN TEMPUS VECTIGALIBUS PROSPEXI; Verr. III, 128. in reliquum tempus ait se vectigalibus prospexisse; ib. accusatorum opibus ... multum in posterum prospicientes iudices restiterunt; Muren. 59.

protraho: quod in convivium Sex. Cominium protrahi iussit; Verr. IV, 24.

quadro: nisi omnia ... in istam (Clodiam) quadrare apte viderentur; Cael. 69.

quaero: „neque in dominos ‖in vos‖ quaeritur" ..; Sex. Rosc. 120. „in dominos quaeri de servis iniquum est"; ib. neque est iniquum in hunc quaeri; ib. ut in singula conclavia ... lectos optime stratos ... quaereret; Verr. IV, 58. tu ex illius honore in eos ipsos ... supplicia quaerebas? ib. 90. in quem quaerere? infinitum est; Cluent. 148. quem ad modum ... in Habitum sit crimen a matre quaesitum cognoscite; ib. 174. quod vereor ne Laelius ... putet aliquid oratione mea sermonis in sese aut invidiae esse quaesitum; Flacc. 13. et ex ea (epistula) crimen aliquod in P. Sullam quaeris; Sulla 67. nam in eum ... invidia quaesita est; Rab. Post. 46. sed tamen maiores nostri in dominum [de servo] quaeri noluerunt; Milo 59. in reum de servo accusatoris cum quaeritur; ib. cum ... de servo in dominum ne tormentis quidem quaeri liceat; Deiot. 3. etiam in eos ... impietatis ‖† impetus‖ crimine invidia ‖crimen invidia — crimen — crimen invidiaque‖ quaeretur? Phil. XIV, 13.

queror: etenim tria, ut opinor, haec in Milonis personam questus es; Fr. B, XV, III, 2.

rapio: quem tu in crucem rapiebas; Verr. V, 166. qui (tribunus) nos Sullanos in invidiam rapit; leg. agr. III, 7. cum in omnem fraudem raperis oculis; har. resp. 39. rapientur homines in haec iudicia; Rab. Post. 18.

recido: ut ... suspicionem in vosmet ipsos recidere intellegas; Sex. Rosc. 79. quodcumque tibi exigeres, id in societatem recideret; Qu. Rosc. 54. ne in unius imperium res recidat, admonemur; har. resp. 53. multo mihi, multo, inquam, iudices, praestat in eandem illam recidere fortunam, quam ..; Sest. 146. quae (tela) ... in aliorum vigiliam consulum recidissent; Planc. 90. ita vero ... eveniat atque huius amentiae poena in ipsum familiamque eius recidat! Phil. IV, 10. ea vere recidere in memoriam pueritiae suae; ib. XIII, 19.

recipio: cum is, qui profugit, receptus est in exsilium, hoc est, in aliam civitatem; Caecin. 100. nam cum se in regnum suum recepisset; imp. Pomp. 25. inde cum se in Italiam recepisset; ib. 34. quod hostes ... recepti in amicitiam ‖recepti‖ beneficio se obligatos putant; Catil. IV, 22. ut illi reciperent in suas litteras publicas praeclaras praescriptiones et emptiones tuas; Flacc. 74. ergo illum ... maiores nostri in civitatem receperunt; Arch. 22. non prius ... quam erant in eam (civitatem) recepti; dom. 78. qui ... acerrimum hostem in regnum recepit; Sest. 59. atqui ceterae civitates omnes non dubitarent nostros homines ‖nostros omnes — nostros recipere in suas civitates, si ..; Balb. 29. gentes universae in civitatem sunt receptae; ib. 31. quid erat cur ex ipso foedere Gaditanum in civitatem nostram recipi non liceret? ib. 35. multi in civitatem recepti ex liberis foederatisque populis [liberati] sunt; ib. 52. quem enim ex tantis inimicitiis receptum in gratiam summo studio defenderim, hunc ..; Rab. Post. 19. „recepti in provinciam non sumus"; Ligar. 23. hunc (hominem) in familiaritatem libentissime recipiebat; Phil. II, 78. hos umquam in urbem recipietis? ib. III, 32. qui (L. Antonius) vos omnis in fidem suam recepit; ib. VI, 12. hunc in eum ordinem recipi; ib. VII, 15. sed ut in eam (civitatem) reciperentur petebant; ib. XII, 27.

reconcilio: inimici in gratiam reconciliabantur; dom. 129.

redeo: discedens in memoriam rediit Quinctius; Quinct. 57. profecto aut haec bona in tabulas publicas nulla redierunt ..; Sex. Rosc. 128. nam, quaeso, redite in memoriam, iudices; Verr. I, 120. qui ... in agros atque ad suum Larem familiarem redirent; ib. III, 125. numquam te in horum conspectum rediturum ... esse duxisti? ib. V, 144. ei non modo in senatum redierunt; Cluent. 120. deinde in Asiam rediit; Flacc. 49. ut ... redirem in patriam dignitate omni recuperata; Sest. 129. si in patriam, si ad deos penatis ... redire properaret; prov. cons. 35. cum in patriam redii; Piso 52. ut me puderet ... in eam urbem redire, ex qua ..; Phil. X, 8. redeamus in viam; ib. XII, 7. quo scelere damnatus in eam urbem rediit armis, ex qua ..; ib. XIII, 27. ſ. **gratia**, II, 8. redeo in (3 St.) S. 424, a. — **cum**, III. gratia (15 St.) S. 1, S. 747, a.

redigo: omnia iudicia redegerat in suam potestatem; Verr. II, 33. hoc uno metu se putant equites Romanos in potestatem suam redacturos; Cluent. 152. ipsum populum Romanum ... redigas in istam xviralem dicionem ac potestatem? leg. agr. II, 74. primum praedones eos ... redactos esse omnis in potestatem; Flacc. 30. sed totam Galliam in nostram dicionem esse redigendam; prov. cons. 32. qui autem tibi venit in mentem redigere in memoriam nostram (acc. c. inf.)? Phil. II, 18. hac [virtute] maiores vestri ... bellicosissimas gentis in dicionem huius imperii redegerunt; ib. IV, 13. si hoc genus † pene ‖hoc genus rapinae‖ in unum ‖in aerarium‖ redigatur; ib. V, 12. et quod C. Caesar ... equites, sagittarios, elephantos in suam populique Romani potestatem redegerit; ib. 46.

reduco: quibus (statuis) subscripsit reges a se in gratiam esse reductos; Cluent. 101. itaque ... non reducti sumus in patriam, ... sed ... reportati; sen. 28. quoniam me in civitatem res publica ipsa reduxit; Quir. 18. rerum capitalium condemnatos in liberas civitates per legatos nostros reduceret? Sest. 84. hic me meus ... animus ...

cum C. Caesare reducit ... in gratiam; prov. cons. 23. qui (homo) me cum illo in gratiam reducat? ib. 25. quocum me si ante ||me stantem|| Cn. Pompei auctoritas in gratiam non reduxisset ..; Rab. Post. 19.

redundo: ne quid ... invidiae mihi in posteritatem redundaret; Catil. I, 29. si haec elapsa de manibus nostris in eum annum ... redundarint; Muren. 85. si ... nullum in me periculum redundarit; Sulla 27. ne quae ||ne qua|| popularis in nos aliquando invidia redundaret; dom. 69. quae (nationes) numero hominum ac multitudine ipsa poterant in provincias nostras redundare; prov. cons. 31. omnes in me meosque redundant ex fonte illo dolores; Milo 103.

refero: nomen refertur in tabulas; Sex. Rosc. 21. ut hic potius in reos quam occisus in proscriptos referretur; ib. 27. occisum in proscriptorum numerum rettulistis; ib. 32. ut mea causa falsum in codicem referret? Qu. Rosc. 1. non refert parva nomina in codices? ib. 4. quod nomen referre in tabulas timeat; ib. quod in codicem iniuratus referre nolit, id iurare in litem non dubitet! ib. non habere se hoc nomen in codicem accepti et expensi relatum confitetur; ib. 5. quam pridem hoc nomen, Fanni, in adversaria rettulisti? ib. 8. tamen in codicem acceptum et expensum referri debuit; ib. cum cetera nomina in ordinem referebas; ib. 9. neque in aerarium relata sunt (HS sescenta milia); Verr. I, 36. renuntiationem .. eius, quae erat in publicas litteras relata, ... tolli iusserat; ib. 88. si aut referri aliquid in litteras publicas vetuisses; ib. cur non tum in litteras relatum sit; ib. sed hac ... tempestate sociorum amissam (navem) in litteras publicas rettulerunt; ib. 89. neque in tuas tabulas nomen ullum ||ullum nomen|| referres; ib. 102. in tabulas enim legem rettulisti; ib. 144. primo negabat se opus in acceptum referre posse; ib. 149. si in acceptum non retulisset; ib. Habonio opus in acceptum rettulit; ib. hoc modo iste sibi ... prospicere didicit, referendo in tabulas et privatas et publicas quod gestum non esset; ib. 158. iubet in tabulas pro med. VIIIC referri VIID; ib. III, 77. decretumque est, ut ... ei pecunias in aerarium referrent; ib. 81. ita iussisti, opinor, ipsum in tabulas referre haec omnia signa ... vendita esse; ib. IV, 12. velut in hac re niebant in labores Herculis non minus hunc immanissimum verrem ... referri oportere; ib. 95. referri in tabulas publicas pretio adductam civitatem ... ea ... vendidisse; ib. 134. cum iam non solum discessio facta esset, sed etiam perscriptum atque in tabulas relatum; ib. 146. iste in tabulas refert; ib. V, 102. ut publice quoque, quae vellet, in litteras civitatum [tolli et] ||et tolli et|| referri iuberet; ib. 103. qui Sthenium Thermitanum ... absentem in reos rettulerit; ib. 109. qui iurati debent optimum quemque in lectos iudices referre; Cluent. 121. ut alter in aerarios referri aut tribu moveri iubeat; ib. 122. QUOD (AURUM) NEQUE CONSUMPTUM IN MONUMENTO NEQUE IN AERARIUM RELATUM SIT; leg. agr. I, 12. AURUM, ARGENTUM EX PRAEDA ... NEQUE RELATUM EST IN PUBLICUM NEQUE IN MONUMENTO CONSUMPTUM; ib. II, 59. referre in aerarium lex vetat; ib. 72. video quosdam ... non eosdem voltus ... in hanc contionem mihi rettulisse; ib. III, 2. quam vero facile falsas rationes inferre et in tabulas ... referre soleant ... cognoscite; Flacc. 20. ait me aliter ac dictum sit in tabulas publicas rettulisse; Sulla 40. cum scirem ita esse iudicium relatum in tabulas publicas, ut ..; ib. 42. cum ... prius etiam edituri iudicium fuerint scribae mei ... quam in codicem rettulissent; ib. 44. dicebas te tuis umeris me custodem urbis in urbem relaturum; dom. 40. nominibus in tabulas relatis; Sest. 72. qui si ... referunt aspectum in curiam ..; prov. cons. 38. quod ille in tabulas publicas rettulisset; Balb. 11. cum idem animus ... in eum se locum, unde esset ortus, rettulisset; Scaur. c. 3. § 4. si quid memoriae causa rettulit in libellum; Phil. I, 19. absentem, credo, in reos relatum; ib. II, 56. hic hesterno die sententias vestras in codicillos et omnia verba referebat; ib. VIII, 28.

regredior: in illum (annum), quo alius praetor fuit, regredietur? Verr. I, 109.

reicio: quo quasi in portum reiectus ... confugere posses; Sex. Rosc. 79. ut res in illud tempus reiceretur; Verr. I, 31. mitto ... haec omnia atque in aliud dicendi tempus reicio; ib. III, 59. in hunc igitur gregem vos nunc P. Sullam ... reicietis? Sulla 77. reiectus austro sum in eum ipsum locum, unde ..; Phil. I, 7.

relego: hunc in praedia rustica relegarat; Sex. Rosc. 42.

remitto: remisisti in triennium; Verr. IV, 21.

renovo: cum [in Cn. Dolabellam] suum scelus ... renovavit; Verr. a. pr. 11.

reporto: statuerunt id secum in Syriam reportare; Verr. IV, 64.

reservo: tam cupide decurrebas, ut tibi nihil in posterum quod gravius ... facere posses reservares; Quinct. 49. fructum istum laudis, ... in alia tempora reservemus; Verr. a. pr. 33. cur interdum ... poenas in diem reservatis? Cael. 59. ego ... inimicitias in aliud tempus reservare deberem; prov. cons. 47.

respondeo: potest quisquam vir ... satis graviter *in* inimici ||inimici — contra inimici|| contumeliam sine sua laude respondere? har. resp. 17.

restituo: ut ei nobiles restituerentur in civitatem, qui ..; Sex. Rosc. 149. ut ea (provincia) restitui in antiquum statum nullo modo possit; Verr. a. pr. 12. ut damnati in integrum restituantur; ib. V, 12. quem ad modum te restituat in aedis tuas non habebit? Caecin. 36. in possessionem in praesentia non restituetur; ib. 75. non, opinor, eos in cuniculum, qua adgressi erant, sed in Capitolium restitui oporteret; ib. 88. hoc iam simplex est, in eum locum restituas; ib. restitue in hunc locum; ib. restitue in eum locum; ib. optaret, ut a quo loco depulsus esset, in eum se fortuna restitueret, non in salum, sed in ipsam urbem; ib. hoc postulat, ut in eum ipsum locum restituatur; ib. tam te in aedis tuas restitui oportere; ib. 89. quos ego non idcirco esse arbitror in integrum restitutos, quod ..; Cluent. 98. mitto etiam quod a nostris magistratibus in integrum restituta; Flacc. 79. quoniam in rem publicam sum pariter cum re publica restitutus; sen. 36. eorum optimum consilium ego potissimum, per eos in meam pristinam dignitatem restitutus, ... repudiarem? dom. 9. rursus ab eodem populo placato sunt in suam pristinam dignitatem restituti; ib. 86. tamen illi di penates ac familiares mei per vos in meam domum mecum erunt restituti; ib. 143. cum ero in meas sedes restitutus; ib. 145. in quam (urbem) videor esse restitutus; ib. 146. hic me meus in rem publicam animus ... cum C. Caesare reducit, reconciliat, restituit in gratiam; prov. cons. 23. Calidium adiungis, cuius lege Q. Metellus in civitatem sit restitutus; Planc. 69. si essem in patriam restitutus; ib. 101. quod erat nemini dubium quin is in regnum restitueretur; Rab. Post. 4. condemnatum qui in integrum restituit, is ..? Phil. II, 56. non enim viderunt, quos ipsi exturbarant, eos in civitatem restitutos; Fr. B, XV, v, 8.

revertor: ne Petilius ... cum ceteris in consilium reverteretur; Verr. II, 75. ut reliqui menses in suam rationem reverterentur; ib. 130. aratores ... in agros atque in sedis suas revertantur; ib. III, 228. ut ... dignitas iam in patriam revertisset; sen. 5. quibus tamquam gradibus mihi videor in caelum ascendisse, non solum in patriam revertisse;

dom. 75. turpe mihi ipsi videbatur in eam urbem me audere reverti; Phil. I, 9.

revoco: comitiis tot civitatum unam in domum revocatis; Verr. II, 133. ut aliquo modo in provinciam illum revocaret; ib. IV, 40. fortunae possessionesque omnium in dubium incertumque revocabuntur; Caecin. 76. propterea quod ab eo bello Sullam in Italiam res publica ... revocavit; imp. Pomp. 8. at me in patriam ter suis decretis Italia cuncta revocavit; Quir. 10. videtis me tamen in meam pristinam dignitatem ... esse revocatum; Sest. 52. nemo fuit qui se non rem publicam mecum simul revocare in suas sedes arbitraretur; ib. 112. revocare tu me in patriam, Milo, potuisti per hos; Milo 102. et ne quem in iudicium oratio mea revocare videatur; Fr. B, VI, 17. quae (amicitiae) essent ex inimicitiis revocatae in gratiam; Fr. E, 2.

ruo: cum ille in saepta ruisset; Milo 41.

scribo: cum in eos solos lex scripta sit; Sex. Rosc. 130. si tabulas C. Fannius ... profert suas, in suam rem suo arbitratu scriptas ..; Qu. Rosc. 2. quae (lex) in nostrum ordinem scripta sit; Cluent. 157. in eum adulescentem hoc scribere audere, quem ..? Phil. III, 18.

sequor: quid fuit causae cur in Africam Caesarem non sequerere? Phil. II, 71.

serpo: nam cum serperet in urbem infinitum malum; Phil. I, 5

sevoco: quodcumque ‖quod quidque poterat ad se in privatam domum sevocabat; Quinct. 13. facis ut rursus plebes ‚plebs‘ in Aventinum sevocanda esse videatur; Muren. 15.

specto: cum omnes in unum spectent; Sex. Rosc. 22.

statuo: quae regie ... statuit in aratores Apronius; Verr. III, 115. in quos aliquid exempli populus Romanus statui putat oportere; ib. 210. fac aliquid gravius in Heium statuisse Mamertinos; ib. IV, 19. ut ipse in eum statueret quod videretur; ib. V, 160. quid statuent in viros primarios, qui ..? Muren. 73.

subdo: quos in eorum locum subditos domi suae reservavit; Verr. I, 12. quis in meum locum iudicem subdidit? dom. 85.

subicio: et video in haruspicum responsum haec esse subiecta; har. resp. 37. nescis ... te ... e postremo in tertium locum esse subiectum? Fr. B, VIII, 5.

subscribo: in M'. Aquilium et in Ti. Guttam video esse subscriptum; Cluent. 127. nam in P. Popilium ... subscripsit L. Gellius; ib. 131.

subsortior: subsortiemur etiam in M. Metelli locum; Verr. a. pr. 30. quos (iudices) in horum locum subsortitus esses ‖sortitus es; subsortiturus eras‖; ib. I, 51. in suum consilium sine causa subsortiebatur; ib. 158.

substituo: Verres in eorum locum substitutus est; Verr. IV, 89. tum iste homo nefarius in eorum locum ... substituere et supponere coepit civis Romanos; ib. V, 72.

succedo: qui M. Laevino ... praetores in eam provinciam successerant; Verr. III, 125. nondum in Cn. Pompei locum ... repentinus heres ‖herus‖ successerat; Phil. II, 62.

sum: itaque ex eo tempore res esse in vadimonium coepit; Quinct. 22. quae (nationes) in amicitiam populi Romani dicionemque essent; div. Caec. 66. quod ... in eorum potestatem portum futurum intellegebant; Verr. V, 98. cum vestros portus ... in praedonum fuisse potestatem sciatis; imp. Pomp. 33. non est hoc in absentem [sed in latentem] reum; Flacc. 78.

sumo: nam cum ... frumentum in cellam ei sumere liceret; Verr. III, 188. in cellam quod sumi oporteret; ib. quantum in cellam sumere ei licitum sit; ib. 225. itaque hoc animo legem sumpsi in manus, ut ..; leg. agr. II, 15. [non in manus sumitur]; Planc. 29.

suppono: cum volgo loquerentur suppositum in eius locum, quem pro illo probare velles; Verr. V, 78. non esset difficile alium in suppositi locum supponere; ib. 79. ſ. substituo; Verr. V, 72.

suscipio: providere debent ... quantum in omnem vitam negotii suscipere conentur; Verr. III, 1. qui in se suscipere istius culpam ... cuperet; ib. IV, 91. quem in suam potestatem susceperat; Caecin. 98. quo tandem igitur Habitus metu adductus tantum in se facinus suscipere conatus est? Cluent. 170. eodem enim tempore et suscipimur in lucem et hoc caelesti spiritu augemur; har. resp. 57. sed si qui sunt quibus infinitum sit odium in quos semel susceptum ‖suspectum‖ est ..; Balb. 62. miserior igitur qui suscipit in se scelus quam ..; Phil. XI, 9.

suspicio: cum suspexit in caelum; har. resp. 19.

tollo: quos ... partim implorantis ... in crucem sustulit; Verr. I, 7. qui ... civem Romanum ... sublatum esse in crucem dixerunt; ib. 13. in quam (crucem) iste civem Romanum ... sustulit; ib. IV, 24. statim deinde iussu praetoris in crucem esse sublatum; ib. V, 7. hoc iuris ... constitueres, ut, qui neque tibi notus esset, ... in crucem tolleretur; ib. 168. quid dicam in crucem tollere? ib. 170. in caelum huius proavus Cato tollitur; Arch. 22. Deiotarum cum plures in equum sustulissent; Deiot. 28. tunc vel in caelum vos ... umeris nostris tollemus; Phil. XI, 24.

trado: adulescentis in disciplinam ei tradite; Verr. I, 115. ut P. Lentulus ... in custodiam traderetur; Catil. III, 14. itemque uti C. Cethegus, L. Statilius ... in custodiam traderentur; ib. iam vero publicanos miseros ... tradidit in servitutem Iudaeis et Syris; prov. cons. 10. at enim te in disciplinam meam tradideras; Phil. II, 3.

traduco: an ... vestros animos in aliam partem ... traducat? Verr. II, 192. miserum atque iniquum ex agro homines traduci in forum; ib. III, 26. hi ex summa egestate in eandem rerum abundantiam traducti ... commovebuntur; leg. agr. II, 97.

traho: ut non plures secum in eandem trahant calamitatem; imp. Pomp. 19.

traicio: quid? cum commiserari, conqueri et ex illius invidia deonerare aliquid et in te traicere coeperit ..? div. Caec. 46. cum parva navicula traiectus in Africam ... ad eos ... venisset; Quir. 20.

transeo: obstitisti videlicet, ne ex Italia transire in Siciliam fugitivorum copiae possent; Verr. V, 5.

transfero: a praeconum consessu in Galliam Naevius ... transfertur; Quinct. 12. cum omnes ... menstruas paene rationes in tabulas transferant; Qu. Rosc. 8. cur ea capita in edictum provinciale transferre nolueris? Verr. I, 118. hoc idem transfero in magistratus, curationes; ib. II, 126. litterae ... de tabulis in libros transferuntur; ib. 189. „quaternos HS ... ego habebo et in cistam transferam de fisco“; ib. III, 197. quod ipsum non de summa frumenti detractum est, sed translatum in Centuripinos et Halaesinos; ib. IV, 20. hic ornamenta ... in meretriciam domum transtulit; ib. 123. non ut culpam in alios transferamus; Font. 18. cum eam legem ... in populum Romanum transferre conentur; Cluent. 157. in id oppidum homines nefarii rem publicam vestram ‚nostram‘ transferre conantur; leg. agr. II, 87. haec pecunia tota ab honoribus translata est in quaestum et faenerationem; Flacc. 56. ex hac familiarium dignitate in impiorum partem atque in parricidarum sedem atque numerum transferetis? Sulla 77. in fundum autem vicini consulis non instrumentum, ... sed etiam arbores transferebantur; dom. 62. hoc signum C. Cassius censor cum in curiam transtulisset; ib. 130. ut ... Gracchum illum suum

transferendi in nos criminis causa occidere cogitarint; Sest. 82. non illi ... transferre potuissent invidiam in quos putabant; ib. dicet se ... totam aedilitatem in munus hoc transtulisse; ib. 135. non intellego quam ob rem ... eandem editionem transtulerit in ceteras causas; Planc. 36. quantum (temporis) in me custodiendum transferre maluerit; ib. 61. seseque in annum proximum transtulit; Milo 24. quae (signa) e balneo in cubiculum transferri non possent; Deiot. 21.

transfundo: omnem se amorem abiecisse .. atque in hanc transfudisse; Phil. II, 77.

transporto: in quam (provinciam Macedoniam) tantum exercitum transportasses; Piso 47.

transscribo: testamentum in alias tabulas transscriptum signis adulterinis obsignavit; Cluent. 41.

valeo: nam quae in ipsum valebant crimina contulit in illum; Verr. I, 41. docebat edictum eius non oportere in eas hereditates valere; ib. 125. hoc crimen in istum reum valere oportere non arbitror; ib. III, 194. cum illud verbum UNDE in utramque rem valeat; Caecin. 89. sed valebant in senatum multum; Sest. 105.

venio: ‖id‖ non eo dico ... quo mihi veniat in dubium tua fides; Quinct. 5. non minus saepe ei venit in mentem potestatis quam aequitatis tuae; ib. 6. non tam cito res in contentionem venisset; ib. 24. non necesse esse famam alterius in iudicium venire; ib. 30. heres eius P. Quinctius in Galliam ad te ipsum venit in agrum communem; ib. 38. si quid in controversiam veniret; ib. non in eam turpitudinem venisses; ib. 53. res in dubium venire non potest; ib. 67. administri ... trans Alpis in Segusiavos ‖Segusianos‖ biduo veniunt; ib. 80. QUI EX EDICTO MEO IN POSSESSIONEM VENERINT; ib. 84. cognostis in praedia privata Quinctii Sex. Naevium non venisse; ib. 90. legati in castra veniunt; Sex. Rosc. 25. si .. in hanc calamitatem venit; ib. 49. qui ne in oppidum quidem nisi perraro veniret; ib. 52. significant tamen, si qui in Capitolium venerint; ib. 56. unde istud vobis suspicari in mentem venerit; ib. 58. cum in mentem veniret ei; ib. 59. et simul tibi in mentem veniat facito quem ad modum ... depinxeris; ib. 74. venit enim mihi in mentem oris tui; ib. 95. atqui ei venit in mentem praedia concupiscere? ib. 105. venit in decem primis legatus in castra Capito; ib. 109. neque hoc mihi nunc primum in mentem venit dicere; ib. 122. quae vobis in mentem venire certo scio? Qu. Rosc. 24. quid ita Flavio sibi cavere non venit in mentem? ib. 35. at enim forsitan hoc tibi veniat in mentem (acc. c. inf.); ib. 89. venerat, ut opinor, haec res in iudicium; ib. 42. in mentem tibi non venit quid negotii sit? div. Caec. 27. cum illius mihi temporis ‖illius temporis mihi‖ venit in mentem; ib. 41. praeclare te paratum in iudicium venturum arbitraris? ib. 43. neque fere umquam venit in contentionem de accusando qui quaestor fuisset quin repudiaretur; ib. 62. in iudicium venire; Verr. a. pr. 7. ex quo mihi venit in mentem illud dicere; ib. 41. fac tibi paternae legis [Aciliae] veniat in mentem; ib. 51. cum in contentionem certamenque venerint; ib. I, 3. venit exspectatus in Galliam; ib. 34. tuorum tibi scelerum veniat in mentem; ib. 47. cum in ea ipsa loca venisti; ib. in Asiam vero postquam venit; ib. 49. cum legati ... in Asiam ... venissent; ib. 50. ut in tantum periculum veniret; ib. 70. venit ipse in aedem Castoris; ib. 133. id ... optimum esse factu, quod cuivis venisset in mentem; ib. 136. tum in eius arbitrium ac potestatem venire nolebant; ib. 150. Iunium praetextatum venisse in vestrum conspectum ... questus est; ib. 151. fortunisque omnibus spoliatus venit in iudicium; ib. 152. quis a signo Vortumni in circum maximum venit ..? ib. 154. quae (civitates) semel in amicitiam nostram venissent; ib. II, 2. cum tanta hereditas in controversiam venisset; ib. 37. id ei postridie venit in mentem; ib. 42. simul atque ego in Siciliam veni; ib. 63. mirabantur omnes hoc ei tum denique in mentem venisse; ib. 64. inquirendi causa in Siciliam veni; ib. 138. ante quam ego in Siciliam veni; ib. 140. nisi mature Laetilius in Siciliam venisset; ib. in eam [iam] venerat [familiaritatem] consuetudinem ‖familiaritatem consuetudinemque‖; ib. 169. venient in medium; ib. 175. facite ut vobis triennii totius veniat in mentem; ib. 184. Metello divinitus hoc venit in mentem; ib. III, 45. nam cum quadriennio post in Siciliam venissem; ib. 47. hominibus coactis in eorum arationes Apronius venit; ib. 57. nihilne tibi venit in mentem existimationi tuae consulere? ib. 131. venerat res in iudicium atque [in] discrimen; ib. 140. Sacerdos ut in provinciam venit; ib. 214. ut ... in sermonem hominum atque in tantam vituperationem veniret; ib. IV, 13. cuius beneficio nos in hunc ordinem venimus; ib. 25. hic tibi in mentem non venit iubere; ib. 28. cum in suspicionem venissent; ib. 30. cui comperendinato, cum tam multi testes dixissent, quicquam illorum venisset in mentem? ib. 33. qui simul atque in oppidum quodpiam venerat; ib. 47. qui cum in convivium venisset; ib. 48. eo minore periculo in iudicium venturus esset; ib. 49. quod in eius regnum ac manus venerat is; ib. 62. qui in iudicium veniat; ib. 71. quod ab Aenea fugiente a Troia atque in haec loca veniente conditum esse demonstrant; ib. 72. existimavit homines in oblivionem totius negotii esse venturos; ib. 79. qui ut primum in illud oppidum venit; ib. 84. venire in mentem necesse est omnibus; ib. 87. venit enim mihi fani, loci, ... in mentem; ib. 110. deinde cito venit in mentem non esse vitandum illum nobis conventum; ib. 138. itaque in curiam venimus; ib. venit enim mihi in mentem ... quantum momenti oratio M. Antonii habuisse existimata sit; ib. V, 3. quod eius vilicos pastoresque tibi in suspicionem venisse dixeras; ib. 15. cum indigne pateretur uxor Cleomenis ... in conventum suum mimi Isidori filiam venisse; ib. 31. in qua (provincia) numquam tibi venit in mentem (acc. c. inf.); ib. 39. cum in portum dico, iudices, ... in urbem dico atque in urbis intimam partem venisse piratas; ib. 96. in forum venit; ib. 106. Poenas scelerumque Furias in tuum iudicium esse venturas; ib. 113. cum mihi Tyndaritani illius venit in mentem; ib. 124. numquamne tibi iudicii, numquam contionis ... venit in mentem? ib. 144. numquam (te) in forum populi Romani venturum ... esse duxisti? ib. ipse inflammatus scelere et furore in forum venit; ib. 161. venit mihi in mentem M. Catonis; ib. 180. cum ex bello diuturno atque domestico res in eam consuetudinem venisset, ut ..; Tull. 10. cum iudicium ita daret, ut hoc solum in iudicium veniret; ib. 12. venit in Thurinum interea Tullius; ib. 19. nisi putamus *eum in iudi*cium venire, qui consilium inierit; ib. 32. nam si venit in iudicium de familia ..; ib. 35. de quo hoc primum quaero, venerit ea res in hoc iudicium necne; ib. 38. videtis ... sanguinem in iudicium venire; ib. 42. M. Fonteio non in Gallia primum venisse in mentem; Font. 19. qui illo triennio in Galliam venerunt; ib. 32. quod in iudicium venire ausus est; Caecin. 2. quod quoniam iam in consuetudinem venit; ib. 6. id quod ipsi quoque mulieri veniebat in mentem; ib. 15. an non in mentem vobis venit omnibus (acc. c. inf.)? ib. ut de civitate in dubium veniret; ib. 18. quo die in rem praesentem veniretur; ib. 20. Caecina cum amicis ad diem venit in castellum Axiam; ib. ecce ipse Aebutius in castellum venit; ib. venisse in consilium publicae quaestionis; ib. 29. ut vos iudicetis huius rei ius atque actionem in mentem maioribus nostris non venisse; ib. 40. paulo ante quam nos in forum venimus; ib. 53. veniunt in mentem mihi permulta; ib. 55. verum in his causis non verba veniunt in iudicium; ib. 63. quem

gens: ceterae partes a gentibus ... incognitis ... tenebantur; prov. cons. 33.

lex: si ... legem incognitam acciperetis; leg. agr. II, 25.

res: cum de incognita re iudicare voluisset; Caecin. 29. re illa incognita; Cluent. 76

incola, Einwohner: I. colunt: quod (signum) cives atque incolae [Syracusani] colere, advenae ... venerari solebant; Verr. IV, 130.

dant: quorum incolae decumas dant; Verr. III, 91.

II. ostendo: crucem civis Romani, ... quam vos Reginis ... itemque incolis vestris ... ostendere soletis; Verr. IV, 26.

incolo, bewohnen: Delum: qui Delum incolebant; Verr. I, 46.

insulam: ut haec insula ... incoli ... videatur; Verr. IV, 107.

lacus, lucos: deae, quae illos Hennensis lacus lucosque incolitis; Verr. V, 188.

urbem: Lycii illam (urbem) ... incolebant; Verr. IV, 21.

incolumis, unverletzt, unverſehrt, am Leben: A. alqs: sese hoc incolumi non arbitrabatur ... patrimonium ... posse obtinere; Sex. Rosc. 6. quibus incolumibus et domi dignitas et fori auctoritas retineretur; ib. 136. me incolumi; div. Caec. 3. quos ut incolumis conservare ... possimus; ib. 72. se demonstrat incolumem esse non posse; Verr. I, 72. qui te in tua civitate incolumem esse nollent; ib. II, 157. qui etiam tum incolumes erant; ib. III, 115. non est pudoris mei, P. Scipione ... vivo et incolumi me propugnatorem P. Scipionis ... profiteri; ib. IV, 80. illum ... vivum atque incolumem reservavi; ib. V, 77. quem non ille summo cum studio salvum incolumemque servavit? ib. 153. se per hunc incolumis existimant esse; Font. 14. M. Fonteium incolumem esse cupiant; ib. 32. itaque tantum victus efficere potuit, quantum incolumis numquam est ausus optare; imp. Pomp. 25. ut ... Oppianicum ... incolumem fuisse miremini; Cluent. 25. incolumem esse neminem posse; ib. 77. quem tu ... incolumem denique servare quaestioni ... debuisti; ib. 187. restituite incolumem municipio; ib. 202. qui se incolumis volent; leg. agr. I, 27. qui ... incolumis est rei publicae conservatus; Flacc. 98. quam diu incolumis fuit; Arch. 9. se incolumem nullo modo fore arbitrabatur; Sest. 18. neque hic umquam puer ... me ipsum incolumem videbit; ib. 146. qui incolumis fuerit; Piso 38. me Cn. Pompeius ... semper non modo incolumem, sed etiam amplissimum atque ornatissimum voluit esse; ib. 76. sint incolumes; Milo 93. quorum incolumis fuit nemo; Phil. II, 52. dum esset incolumis; ib. 102. se praesertim incolumi; ib. VII, 2. sin otium incolumibus his esse nullum potest; ib. XIII, 7.

alqd: haec ... retinere per populum Romanum incolumia ... possimus; div. Caec. 72. quando quidem amisso exercitu nihil incolume domum praeter os illud tuum pristinum rettulisti; Piso 53.

caput: possumus ita rem nostram persequi, ut

hominis propinqui caput incolume esse patiamur; Quinct. 45.

civis: in quo reliquos saltem civis incolumis licet conservare; Verr. V, 152. quod incolumis civis, quod stantem urbem reliquit; Catil. II, 2. et urbem et civis integros incolumisque servavi; ib. III, 25. eram etiam tuo iudicio civis incolumis; dom. 62. multi etiam superiore memoria cives Romani sua voluntate, ... incolumes, ... alias se in civitates contulerunt; Balb. 28.

civitas: ostendit fieri id nullo modo posse, ut signa ... ex oppido Thermitanorum incolumi illa civitate ... tollerentur; Verr. II, 85. cuius unius opera senatus atque omnes boni civitatem esse incolumem totiens iudicassent; dom. 122. quibus non modo vivis, sed etiam victoribus incolumis et florens civitas esse posset; Phil. XIV, 23.

dignitas: cum tot sceleratos incolumi dignitate esse voluisses; Ligar. 19.

dominus: neque sese arbitrari posse .. alienam pecuniam domino incolumi obtinere; Sex. Rosc. 26.

dux: se privatum hominem praedonum duces ... incolumis domi suae ... retinuisse; Verr. I, 12.

exercitus: suo exercitu ita incolumi; Phil. XIV, 36.

fama: quo circa, C. Caesar, velim existimes hodierno die sententiam tuam aut ... pestem importaturam esse regibus aut incolumem famam cum salute; Deiot. 43.

filius: quod iam certe incolumem filium fore putabat; Cluent. 178. duos Cn. Pompei ... filios incolumis haberemus; Phil. V, 39.

fortuna: familiarius ... quam vir dissolutissimus incolumi fortuna pati posset; Cluent. 175.

imperium: quibus * populi Romani imperium incolume esse non possit; Font. 17.

nomen: nomen legati eius modi esse debet, quod ... inter hostium tela incolume versetur; Verr. I, 85.

numerus: tamen incolumis numerus manebat; Verr. III, 125.

os: ſ. alqd; Piso 58.

patronus: hunc patronum ... illius coloniae si in omni fortuna atque omni honore incolumem habere non potuerunt ..; Sulla 61.

provincia: utique C. Caepio Brutus pro consule provinciam Macedoniam ... custodiat incolumemque conservet; Phil. X, 26.

res publica: cui rem publicam cupio tradere incolumem; Muren. 80. cum P. Servilius ... dixisset opera mea rem publicam incolumem magistratibus deinceps traditam; Quir. 17.

senatus: in te ... id decrevit senatus et quidem incolumis; Phil. II, 51.

splendor: qui ne equestrem quidem splendorem incolumem ... retinere potuisset; Planc. 12.

status: mearum ... fortunarum status incolumis maneret; Cluent. 81.

testis: „potius ... crimen .. suscipiam quam ... tot tam gravis testis vivos incolumisque esse patiar“; Verr. V, 105.

urbs: urbem pulcherrimam, Syracusas, ... non solum incolumem passus est esse; Verr. II, 4. ſ. civis; Catil. III, 25.

B. dico pro: quis est qui dubitare debeat, contra damnatum et mortuum pro incolumi et vivo dicere? Cluent. 10.

incolumitas, Unverletztheit: I. sunt: multa sunt monimenta clementiae tuae, sed maxima eorum incolumitates, quibus salutem dedisti; Deiot. 40.

II, 1. precor: ut omnes sui cives ... incolumitatem .. precentur; Piso 33.

2. consulo: ego incolumitati civium primum, ... ille praesenti dignitati potius consulebat; Phil. II, 38.

3. devoveo pro: cum me fortunasque meas pro vestra incolumitate ... devovi; Quir. 1.

III. pignus: qui eripuisset ... divinum incolumitatis nostrae pignus; Scaur. 48.

IV. in: reliquae meae fortunae recuperatae plus mihi nunc voluptatis adferunt quam tum in incolumitate ||incolumitate; incolumitatis; incolumes|| adferebant; Quir. 3.

incommodo, läſtig ſein: cum ipsi nihil alteri scientes incommodarint; Quinct. 51.

incommodum, Unannehmlichkeit, Nachtheil, Unglück, Niederlage: I. **Subject:** accedit: illud quoque ... accedit incommodum, quod M. Iunius ... abest; Quinct. 3.

accidunt: quaecumque accidant ... incommoda; Verr. IV, 113.

cadit: ut nihil ipsis iure incommodi cadere possit; Quinct. 51.

II. **nach Verben:** 1. capio: etenim non modo incommodi nihil ceperunt; Verr. III, 109.

committo: incommoda sua nostris committere legibus ... maluerunt; Verr. I, 82.

lugeo: ne aperte incommoda patriae lugeretis; sen. 12.

profero: Heracliensium ... incommoda proferentur; Verr. III, 103. nisi forte ... illud Tempsanum incommodum proferes; ib. V, 39.

queror: nam quid ego Ostiense incommodum ... querar? imp. Pomp. 33.

2. medeor: qui tamen aliqua ex parte eis incommodis mederi fortasse potuisset; imp. Pomp. 26.

reperio, sum: ſ. IV, 2.

3. ascendo per: qui ascendit per alterius incommodum; Sex. Rosc. 83.

audio de: audietis enim de magnis incommodis ... sociorum; Verr. V, 111.

capio ex: quamquam ex huius incommodis magnam animo molestiam capio; Sulla 1.

cognosco de: dixit ... se de his Dionis incommodis pro hospitio ... iam ante cognosse; Verr. II, 23.

deploro de: ut eis ne deplorare quidem de suis incommodis liceat; Verr. II, 65.

dico de: ante quam de incommodis ... dico; Verr. II, 2. singillatim ... de unius cuiusque incommodo dicere; ib. III, 53.

exprimo ex: expressae sunt ... (formulae) ex unius cuiusque incommodo; Qu. Rosc. 24.

invenio in: quod in tantis incommodis ... non modo factum, sed ne postulatum quidem iudicium invenitur; Verr. III, 33.

libero ex: ceteros profecto multos ex his incommodis pecunia se liberasse; Verr. V, 23.

nuntio de: cum ... paulo ante esset de hoc Tempsano incommodo nuntiatum; Verr. V, 41.

III. **nach Adjectiven:** expers: Leontinos ... expertis incommodorum ... fuisse; Verr. III, 109.

ignarus: ignarus incommodi sui; Verr. III, 119.

particeps: si ego illos meorum laborum atque incommodorum participes esse nolui; prov. cons. 44.

IV. **nach Substantiven:** alqd: ſ. 1. cadit. II, 1. capio.

formido: ut ceteris formidines similium incommodorum ... proponeret; Verr. V, 23.

metus: omnis res gestas ... propter maiorum incommodorum ... metum ... defendimus; Verr. III, 81.

2. medicina: profecto nulla umquam medicina his tot incommodis reperietur; div. Caec. 70.

remedium: cum hoc unum his tot incommodis remedium esse arbitrarer; div. Caec. 9.

V. **Umſtand:** 1. adfici: tametsi multis incommodis ... adfectus est; div. Caec. 8. quamquam nullo incommodo adficiuntur; Balb. 44. adfectum illum quibusdam incommodis et detrimentis propter offensionem animi tui meminerant; Deiot. 8.

adfligi: te ... universae similibus adflictae

Digitized by Google

... incommodis civitates ... persequuntur; Verr. III, 74.

commovere: quae ... animos possit alieno incommodo commovere; div. Caec. 55. quod ceterae civitates suis solum incommodis commoventur; Verr. III, 108. quod si quis sociorum incommodis minus commovetur; ib. 144.

debilitari: te ... nostra verba audire oportebit, ut multis incommodis veritas debilitata ... recrectur; Quinct. 4.

dimitti: quod patrimonium unius incommodo dimittetur; Caecin. 75.

dolere: qui sociorum ... incommodis doleat; Verr. III, 6.

laetari: quod si meis incommodis laetabantur; Sest. 54.

relinqui: quibus ... incommodo ‖in incommodo‖ morbi etiam ceteri vitae fructus relinquendi (sunt); Muren. 47.

2. ex: si ex ipsorum domestico incommodo nullus dolor insideret; Verr. III, 95.

in: in tantis aratorum incommodis Leontinos ... expertis fuisse; Verr. III, 109. et in illo communi incommodo nulla in quemquam propria ignominia nominatim cadebat; Sest. 30.

propter: non quo illum ipsum ... quisquam supplicio propter illud incommodum dignum putaret; Verr. V, 107. quod is deteriore iure esset quam ceteri cives propter incommodum Volaterranorum; Caecin. 18.

sine: ius amitti non potest sine magno incommodo civitatis; Caecin. 75. quae poterat sine cuiusquam incommodo dedicari; dom. 131.

incommodus, unbequem, läſtig: aestimatio: aestimatio, quae aratori non modo incommoda non est; Verr. III, 214.

onus: quod putatis onus esse grave et incommodum iudicare; Verr. I, 22.

res: huius illum opes in rebus eius incommodissimis sublevarunt; Cluent. 161.

inconsideratus, unbedacht, unbeſonnen: A. cupiditas: o cupiditatem inconsideratam! Quinct. 80. quo audito partim cupiditate inconsiderata, partim caeco quodam timore primo salutis, post etiam studii sui quaerebant aliquem ducem; Ligar. 3.

temeritas: est quidem ille plenus ... inconsideratissimae ac dementissimae temeritatis; har. resp. 55.

B. sum: satis inconsiderati fuit, ne dicam audacis; Phil. XIII, 12.

inconstans, unbeſtändig: A. alqs: qua in re mihi ridicule es visus esse inconstans; Qu. Rosc. 19. si ego sum inconstans ac levis; Sulla 10.

alqd: quid est ... turpius? quid porro inconstantius quam ..? Phil. VII, 9.

B. sententia: neque esse inconstantis puto sententiam; Balb. 61.

inconstanter, unbeſtändig, ohne Grundſätze: si inconstanter nomen suum misit in hoc iudicium; Flacc. 5 (§. 37).

inconstantia, Unbeſtändigkeit: I. est: quod in imperita multitudine est vitiosissimum, varietas et inconstantia; dom. 4.

II, 1. coarguo: non coarguo inconstantiam orationis ac testimonii tui; Vatin. 41.

fero: quis tantam inconstantiam rerum iudicatarum ... ferre potuisset? Cluent. 61.

redarguo: atque in hoc solum inconstantiam redarguo tuam? dom. 21.

refello: in altero inconstantiam tuam ... refellisti; Vatin. 3.

2. deterreo ab: quos ab inconstantia gravitas ... deterret; dom. 4.

dico de: de cuius hominis levitate et inconstantia plura non dicam; Cluent. 135. — in: omnia, quae dici possunt in hominum levitatem, inconstantiam; Flacc. 66.

III. crimen: *venio ad crimen inconstantiae;* Scaur. c. 2 § 6.

fama: simul inconstantiae famam verebatur; Piso 70.

labes: hanc vero ... labem turpitudinis et inconstantiae poterit populi Romani dignitas sustinere? dom. 102.

vituperatio: „potius ... vituperationem ... inconstantiae suscipiam;“ Verr. V, 105.

IV, 1. abl. comp.: quid est inconstantia ... turpius? Phil. VII, 9.

2. in: quid potius in hac tanta et tam turpi inconstantia suspicari possumus; Verr. V, 56.

inconsultus, unüberlegt: homo: at, credo, haec homo inconsultus et temerarius non videbat; Deiot. 16.

ratio: qui ... inconsultam rationem ... vituperandam putet; Rab. Post. 2.

incontinentia, Ungenügſamkeit: multa de incontinentia intemperantiaque disseruit; Cael. 25.

incorrupte, unbefangen: qui multis post saeculis de te iudicabunt et quidem haud scio an incorruptius quam nos; Marcell. 29.

incorruptus, unbeſtochen, unverfälſcht, aufrichtig: A. alqs: hunc etiam si tota Asia deposcit ad supplicium, defendam, resistam. quid? si neque tota neque optima neque incorrupta neque sua sponte? Flacc. 5. (§. 34). ad quos nemo adibat incorruptus; Sest. 106. si integri venerint, si incorrupti; Scaur. c. 18 § 41.

alqd: quid hac quaestione dici potest ... incorruptius? Milo 60.

iudicium: si universi populi iudicium verum et incorruptum ... expressero; Sest. 119.

litterae: sed fuerint incorruptae litterae domi; Flacc. 21.

tabulae: tabulae quidem certe incorruptae atque integrae manent; Font. 3. tabulis incorruptis tenebantur; Scaur. c. 18 § 40.

B. audio: ille incorruptum audire noluit; Deiot. 31.

increbresco, ſich verbreiten, überhand nehmen: consuetudo: hac consuetudine, quae increbuit; Phil. XIV, 12.

disciplina: ut ... ad nostram disciplinam illam veterem, non hanc, quae non increbruit, videantur accedere; Verr. II, 7.

incredibilis, unglaublich: A. **bei Subſtantiven:** alqd: alterum incredibile est; Quinct. 81. ut illud incredibile est; Sex. Rosc. 40. tamen incredibile esset; Qu. Rosc. 19. considera ... quis quem fraudasse dicatur; ... liberalis avidum incredibile est; ib. 21. utrumque incredibile est; ib. quod mirum et incredibile est; ib. 40. quod cum est veritate falsum tum ratione quoque est incredibile; ib. 50. nisi id ... incredibile videretur; Verr. I, 44. vereor ne quis ... haec, quia ... sunt incredibilia, fingi a me arbitretur; ib. 138. mirum fortasse hoc vobis aut incredibile videatur; ib. III, 109. incredibile est ... quam multa ... fuerint; ib. IV, 46. quod cum illis ... incredibile videretur; ib. 85. mulieres ..., quarum incredibile est quanta multitudo fuerit Syracusis; ib. V, 30. quod iam nationibus exteris incredibile ... videbatur; imp. Pomp. 41. quid tam incredibile quam ut ..? ib. 62. quod iam tum recens suspiciosum ceteris, huic incredibile ... videtur; Cluent. 189. quae tum propter magnitudinem scelerum non nullis incredibilia videbantur; Catil. III, 21. iam vero illud quam incredibile! Sulla 57. incredibile ac simile portenti est; Phil. II, 66. (vgl. B). ſ. **dico,** I, 1, b. incredibilis (4 St.) S. 91, b.

amor: dicam ego ... de incredibili amore in bonos; Sest. 5. ut palam dictitas, te dis homini-

Digitized by Google

busque invitis amore in te incredibili quodam C. Caesaris omnia ... consecuturum; Vatin. 38. ardeo ... incredibili quodam amore patriae; prov. cons. 23. cum ipsa legatio plena desiderii ac sollicitudinis fuisset propter incredibilem quendam fratrum amorem; Ligar. 5.

animus: magna in hoc certe vis et incredibilis animus ... iudicantur; Milo 67.

avaritia: o di immortales! incredibilem avaritiam! Verr. I, 87.

audacia: quod cum incredibili .. audacia .. stultitia coniuncta est; Verr. a. pr. 5. ut ... eo maiore odio dignam istius incredibilem audaciam iudicetis; ib. IV, 73. quamquam ... erat incredibili armatus audacia; dom. 141. o incredibilem audaciam! Phil. II, 4. ſ. importunitas.

benevolentia: quam incredibilis benevolentia, quanta cura est! Cluent. 197.

benignitas: nisi in eodem benignitas incredibilis fuisset; Rab. Post. 3.

caerimonia: quod ... fit incredibili caerimonia; har. resp. 37.

celeritas: tum illam incredibilem celeritatem ... protuli; Quinct. 88. haec Centuripina navis erat incredibili celeritate velis; Verr. V, 88. ille enim ... pacem maritimam summa virtute atque incredibili celeritate confecit; Flacc. 29. quibus hic litteris lectis ad urbem confestim incredibili celeritate advolavit; Sest. 11.

concordia: hoc bellum ... geritur ... in maxima consensione incredibilique concordia; Phil. VIII, 8.

consensus: si ego in causa tam bona ... consensu tam incredibili bonorum omnium ... cessi tribuni plebis ... furori; Sest. 36.

crimen: crimen incredibile confingunt; Sex. Rosc. 30. nisi vero existimatis hominem pecuniosissimum sine causa quaestus electum ad tam incredibile crimen; Verr. V, 24.

crudelitas: in quo est incredibilis crudelitas; Phil. IV, 14.

cupiditas: illa vero eius cupiditas incredibilis est; Verr. IV, 58. sed certe inflammatus incredibili cupiditate hanc causam .. suscepit; Flacc. 13.

cura: quamquam ... cura incredibilis in ... periculis perspecta docuit non modo salutis, sed etiam dignitatis meae fuisse fautorem; Phil. VII, 6.

cursus: quid hic incredibilis cursus ... significat? Sex. Rosc. 97. unde ... tam incredibilem cursum inventum putatis? imp. Pomp. 40.

diligentia: laudabam equidem incredibilem diligentiam Cn. Pompei; Milo 65.

dolor: date parenti hunc incredibilem dolorem ex salute, ex victoria liberum; Cluent. 200. accepi, pontifices, magnum atque incredibilem dolorem; dom. 97.

donatio: quae tua donatio ... mihi vero etiam incredibilis videbatur; Verr. III, 185.

eloquentia: ut non per L. Crassum, ... hominem incredibili eloquentia, ... causam illam gravitate sua defenderit; Balb. 49.

felicitates: quae saepe incredibilis huic urbi felicitates atque opes attulit; Milo 84.

fides: *tum* vir incredibili fide, ... L. Ninnius, ad senatum de re publica rettulit; Sest. 26. cum audiretur silentio M. Caelius, ... vir ... divina et incredibili fide; Milo 91.

foedus: nemo ... oppressus aere alieno fuit quem non ad hoc incredibile sceleris foedus asciverit; Catil. II, 8.

frequentia: frequentia vestrum incredibilis ... alacritatem mihi summam ... adfert; Phil. IV, 1.

furor: si furorem incredibilem biennio ante conceptum erupisse in meo consulatu scripsi; Sulla 67. incredibilis fuit ac singularis furor; ib. 75. quam incredibilis furores ... reperietis! ib. 76.

genus: hoc non potuerit ... incredibile genus iniuriarum .. perferre; Verr. III, 64. quae tanta enim potest existere ubertas ingenii, ... quod tam divinum atque incredibile genus orationis? sen. 1. ut intelligere possitis neminem umquam tanta eloquentia fuisse neque tam ... incredibili genere dicendi; Quir. 5.

gratulatio: ſ. multitudo; Sest. 31.

gravitas: qui excitatus cum summa auctoritate P. Servilii *tum incredibili* quadam gravitate dicendi ... conlacrimavit ..; Sest. 130. Q. Metellus Nepos nonne consul ... permotus cum auctoritate vestra tum illius P. Servilii incredibili gravitate dicendi ... rediit in gratiam? prov. cons. 22. hunc quisquam incredibili quadam ... gravitate ... foedera scientem neglexisse ... dicere audebit? Balb. 13.

honos: cur ludi Apollinares incredibili M. Bruti honore celebrati? Phil. II, 31.

importunitas: iste quamquam est incredibili importunitate et audacia; Verr. II, 74.

impudentia: o impudentiam incredibilem! Phil. VI, 12.

liberalitas: nisi C. Caesaris ... incredibilis in hunc liberalitas exstitisset; Rab. Post. 41. totiens de incredibili liberalitate ... cogitabis; Marcell. 19.

maeror: quid parentes sentiant lacrimae matris incredibilisque maeror ... declarat; Cael. 4.

magnitudo: memoriae proditum est, ... praefectum regium dentis eburneos, incredibili magnitudine, e fano sustilisse; Verr. IV, 103. in hac insula extrema est fons ... incredibili magnitudine; ib. 118. in quibus ... erat ... magnitudo incredibilis; ib. 125. quoniam auribus vestris propter incredibilem magnitudinem sceleris minorem fidem faceret oratio mea; Catil. III, 4.

mens: C. Caesar adulescens ... incredibili ac divina quadam mente atque virtute ... firmissimum exercitum ... comparavit; Phil. III, 3.

meritum: magna atque incredibilia sunt in rem publicam huius merita legionis; Phil. XIV, 31.

motus: nos animorum incredibilis motus ... neglegemus? Arch. 17.

multitudo: cum illa incredibilis multitudo Romam ... venisset; sen. 25. hic subito cum incredibilis in Capitolium multitudo ... convenisset; Sest. 26. ad urbem accessus incredibili hominum multitudine et gratulatione florebat; ib. 131.

opes: ſ. felicitates.

patientia: nescio quo modo ... percalluerat civitatis incredibilis patientia; Milo 76. usus est ipse incredibili patientia; Phil. X, 9.

pietas: vos (mihi fratrem) spectatum et incredibili pietate cognitum reddidistis; Quir. 5. frater optimus incredibili pietate; Sest. 145.

potestas: quorum opprimendorum di immortales incredibilem rei publicae potestatem ... dederunt; Phil. III, 36.

pugna: nostra semper feretur et praedicabitur ... incredibilis apud Tenedum pugna illa navalis; Arch. 21.

res: o rem incredibilem! Quinct. 80. dicit enim rem incredibilem; Verr. I, 128. num me fefellit, Catilina, non modo res tanta, tam atrox tamque incredibilis? Catil. I, 7.

robur: est quodam incredibili robore animi; Milo 101.

sapientia: tam denique incredibilem sapientiam ac paene divinam tacitus praeterire nullo modo possum; Marcell. 1.

scelus: o mulieris scelus incredibile! Cluent. 15. nonne etiam alio incredibili scelere hoc scelus cumulasti? Catil. I, 14.

sonus: cum ipse mundus cumque agri atque terrae motu quodam novo contremiscunt et inusitato aliquid sono incredibilique praedicunt; har. resp. 63.

studium: D. Bruti imperatoris ... virtute incredibilique studio ... rei publicae difficillimo tempore esse subventum; Phil. V, 36. qui re audita

Digitized by Google

e castris duas legiones eduxit incredibili studio; ib. XIV, 27.

stultitia: stultitiam incredibilem videte; Phil. II, 8.

stupiditas: in quo primum incredibilem stupiditatem hominis cognoscite; Phil. II, 80.

victoria: obstupescent posteri ... incredibilis victorias ... audientes; Marcell. 28.

virtus: tantamne unius hominis incredibilis ac divina virtus ... lucem adferre rei publicae potuit? imp. Pomp. 33. est haec divina atque incredibilis virtus imperatoris; ib. 36. quid ... de incredibili virtute dicam? Sest. 62. multas equidem C. Caesaris virtutes magnas incredibilisque cognovi; Rab. Post. 42. nisi incredibilis ac divina virtus ... conatum atque audaciam compressisset; Phil. X, 11. Caesaris enim incredibilis ac divina virtus latronis impetus ... retardavit; ib. XIII, 19. quo proelio legio Martia admirabili incredibilique virtute libertatem populi Romani defenderit; ib. XIV, 36. ſ. mens.

voluntas: senatus incredibilis voluntas; Sest. 87.

voluptas: tibi haec res adfert ... quandam incredibilem voluptatem; Catil. I, 25. incredibili quadam ... laetitiae voluptate caruissem; Quir. 2.

B. allein: dico: incredibile dicam, sed ita clarum, ut ..; Verr. IV, 57. quod non nulli litteris ac studiis doctrinae dediti quasi quiddam incredibile dicere putabantur; Balb. 8.

incredibiliter, unglaublich: parumne haec significant incredibiliter consentientem populi Romani universi voluntatem? Phil. I, 36.

increpo, ausſchelten, tadeln, verlauten, ſich regen: I. alqs: si nulla erat vis, cur me flentes potius prosecuti sunt, quam aut increpantes retinuerunt aut irati reliquerunt? dom. 56.

alqd: quicquid increpuerit, Catilinam timeri; Catil. I, 18. quicquid increpuerit pertimescentem ... videre te volui; Piso 99

decemviri: simul ac decemviri increpuerint ‖ concrepuerint ‖; leg. agr. II, 82.

suspicio: simul atque increpuit suspicio tumultus; Muren. 22.

II. alqm: qui C. Caesarem ... saepe increpuit; Sest. 132.

discessum: deinde eius viri discessum increpas; Vatin. 7.

incubo, ſtreben: qui illi pecuniae ... spe iam atque animo incubaret; Cluent. 72.

inculco, einprägen, einſchärfen: 1. ut: inculcarisne, ut C. Pisonem ... nominaret? Vatin. 26.

2. acc. c. inf.: INCULCATUM EST METELLO ET VOLTEIO TE ARATORES EVERTISSE; Verr. III, 156.

inculte, einfach: vixit enim semper inculte atque horride; Quinct. 59.

incultus, unbebaut, ungebildet, roh, einfach: alqs: quem praeteriens cum incultum vidisses ..; sen. 13. quia subhorridum atque incultum videbant; Sest. 20.

alqd: audistis ... publice dicere, quae solitudo esset in agris, ... quam inculta, quam relicta omnia; Verr. IV, 114. quid illis terris asperius, quid incultius oppidis? prov. cons. 29.

ager: tum erat ager incultus; Qu. Rosc. 33. nam P. Fabius nuper emit agrum de C. Claudio senatore ... dimidio fere pluris incultum exustis villis omnibus, quam ..; Tull. 14.

corpus: iam designatus ... esse meditabatur vestitu obsoletiore, corpore inculto et horrido; leg. agr. II, 13.

genus: alterum genus agrorum propter sterilitatem incultum ... emetur ab eis ..; leg. agr. II, 70.

insula: etiamne haec tam parva civitas ... in insula inculta tenuique posita ... praedae tibi ... fuit? Verr. III, 85.

parsimonia: utrum possitne se ... inculta parsimonia defendere; Quinct. 92.

via: ergo haec deserta via et inculta atque intercluſa iam frondibus et virgultis relinquatur; Cael. 42.

vita: in hac horrida incultaque vita istius modi maleficia gigni non solere; Sex. Rosc. 75.

incumbo, ſich hinneigen, befleißigen, anſtrengen: alqs: videte, num dubitandum vobis sit omni studio ad id bellum incumbere; imp. Pomp. 19. qua re ... incumbite ad salutem rei publicae; Catil. IV, 4. quid, Ser. Galbam ... nonne proavo tuo ... M. Catoni incumbenti ad eius perniciem populus Romanus eripuit? Muren. 59. neminem esse ... qui non omni studio ... incubuerit ad rem publicam conservandam; Sulla 82. qui in te ipsum incubuerunt; Planc. 17. huc incumbe; ib. 45. incumbite in causam; Phil. IV, 12. quo omnes acrius .. incumberent ad ulciscendas rei publicae iniurias; ib. VI, 2. facis tu id quidem et eo maxime incumbis; ib. XI, 28.

inclinatio: inclinatio, praesertim cum incubuit ad virum bonum ..; Muren. 53.

municipia: eodem incumbunt municipia; Phil. VI, 18.

incunabula, Wiege, Urſprung: 1. reperio: quod horum in eis locis vestigia ac prope incunabula reperiuntur deorum; Verr. IV, 107.

2. pertineo ad: quae (proscriptio) ... ad infantium puerorum incunabula pertinet; Sex. Rosc. 153.

incuria, Nachläſſigkeit: miserandum in modum milites populi Romani ... incuria, fame, morbo, vastitate consumpti; prov. cons. 5.

incurro, hineingerathen, angreifen, angrenzen: alqs: ut in eum ... incucurrisse videamur; Sest. 14. ne incurrat in alterius domum atque famam; Cael. 42. qui in me ipsum incurrit; Planc. 17. non desino incurrere in crimen; ib. 91. incurristi amens in columnas; Scaur. 45.

agri: qui (agri) in publicum Campanum incurrebant; leg. agr. II, 82.

candidatus: qui ... mihi videtur praetorius candidatus in consularem quasi desultorius in quadrigarum curriculum incurrere; Muren. 57.

causa: in eum ipsum causa tua incurrat necesse est; Caecin. 84.

classes: cum vero in hanc rei publicae navem ... discordiarum armatae tot classes ... incursurae viderentur; Sest. 46.

desultorius: ſ. candidatus.

incursio, Angriff, Einfall: I. movent: quem numquam incursiones hostium loco movere potuerunt; Rabir. 36.

II. appello: ut incursionem potius seditionis ... quam iudicium appellandum putem; Cluent. 103.

intellego: causam fugae dicitis eandem quam omnes intellegimus, arma, multitudinem hominum, incursionem atque impetum; Caecin. 44.

incursus, Angriff: I. valet: incursus et impetus non valebit? Caecin. 46.

II. refugio: impetum armati Antiochi ceterorumque tela atque incursum refugit; Caecin. 22.

incurvus: gebückt: erat etiam ... statua senilis incurva cum libro; Verr. II, 87.

indago, erforſchen, aufſpüren: I. inbit. Frage: quid cuique opus esset indagare ... solebat; Verr. II, 135.

II. alqd: si quid est quod indagaris; leg. agr. I, 8. quod igitur in causa quaerendum est, indagamus hic; Milo 57.

indicia: cum illa indicia communis exitii indagavi; Milo 103.

inde, von dort: I. nach Verben: abripio: ut inde abripi neminem fas sit; dom. 109.

accedo: ut inde agmine quadrato ad urbem accederet; Phil. XIII, 18.

advehor: inde cisio celeriter ad urbem advectus domum venit; Phil. II, 77.

confero: inde cum Murena se in Galliam contulit; har. resp. 42. te .. post inde Thasum ... contulisti? Piso 89.

conscendo: inde ... navem conscendit; Piso 93.

decedo: cum inde decessisset; dom. 52.

deicio: nunc vero nullo modo deiectum ‖ nullum deiectum; deiectum nullo modo ‖ esse inde, ubi non fuerit; Caecin. 35. inde deiectus es? an inde quo prohibitus es accedere? ib. 65. quod negabas quemquam deici posse, nisi inde, ubi tum esset ‖ nisi indubium esset ‖; ib. 90.

discedo: postea quam inde discessum est; Verr. IV, 63.

eo: ut ... inde iret in Hispaniam; dom. 52.

exeo: passurumne censetis Antonium introire Mutinam legatos, exire inde tuto? Phil. VI, 6.

exporto: ut inde aurum exportari argentumque prohiberes? Vatin. 12.

gigno: inde omnia scelera ... gignuntur; Sex. Rosc. 75.

haurio: quicquid inde haurias; Caecin. 78.

pervenio: inde navigio perparvo ... in oras Africae desertissimas pervenisse; Sest. 50.

proficiscor: atque ut inde oratio mea proficiscatur; imp. Pomp. 4.

rapio: inde se quo furore ... ad caedem optimi cuiusque rapiebat! Phil. XIII, 18.

recipio: inde cum se in Italiam recepisset; imp. Pomp. 35. inde te recipiens; Piso 89.

redeo: si ... inde Romam redisset; Balb. 28.

reduco: cum ... me ovantem ... domum inde reduxerit: Phil. XIV, 12.

revoco: INDE IBI EGO TE REVOCO; Muren. 26. quoniam Gaius frater est inde revocatus; Phil. VII, 3.

solvo: PARTEM DIMIDIAM INDE ROSCIO ME SOLUTURUM SPONDEO; Qu. Rosc. 37.

venio: inde Sardiniam cum classe venit; imp. Pomp. 34. venerisne in Sardiniam atque inde in Africam? Vatin. 12. atque inde obsoletus Thessalonicam ... venisti? Piso 89. inde armati in Capitolium venerunt; Fr. B, VI, 25.

voco: „INDE IBI EGO TE EX IURE MANU CONSERTUM voco"; Muren. 26.

II. **nach Substantiven:** cursus: inde ad urbem cursus; Phil. XIII, 19.

reditus: qui tum inde reditus aut qualis? Phil. II, 48. qui vero inde reditus Romam! Phil. II, 108.

III. **zum ganzen Satz gehörig:** huic publico testi patronum suum iam inde a patre atque maioribus, L. Flaccum mactandum civitatis testimonio tradidissent? Flacc. 52. inde usque repetens hunc video mihi principem ... exstitisse; Arch. 1. quo die me populus Romanus a porta in Capitolium atque inde domum ... comitatum honestavit; dom. 76. ac tibi iam inde praescribo; Vatin. 13. nemo sapienter de re publica nostra cogitavit iam inde a principio huius imperii; prov. cons. 33. o iura praeclara atque divinitus iam inde a principio Romani nominis ... comparata! Balb. 31. itaque P. Apuleius ... meorum omnium consiliorum periculorumque iam inde a consulatu meo testis ... dolorem ferre non potuit doloris mei; Phil. XIV, 16.

indemnatus, unverurtheilt: A. **bei Substantiven:** alqs: indemnatus .. in exsilium eiectus a consule vi et minis esse dicetur; Catil. II, 14. ne ego indemnatus ... damnatorum poenam sustinerem; dom. 9. cum indemnatum *me* exturbares privilegiis tyrannicis; ib. 110. indemnatum videri putas, quem socii ... omni cruciatu dignissimum putent? Piso 98.

civis: ut, quam damnatis crucem servis fixeras, hanc indemnatis .. civibus Romanis reservares; Verr. V, 12. L. Sulla cum bona indemnatorum civium ... venderet; leg. agr. II, 56. quod in civis indemnatos esset animadversum; sen. 13. an de peste civis ... conservatoris rei publicae ... non modo indemnati, sed ne accusati quidem, licuit tibi ferre .. legem? dom. 26. quo exemplo legem nominatim de capite civis indemnati tulisti? ib. 43. fore periculum, ne ... possessiones indemnatorum civium consecrarentur; ib. 127. cum indemnati cives e civitate eiciebantur; Sest 56. cives indemnatos expelleret? ib. 84. multi etiam superiore memoria cives Romani sua voluntate, indemnati ..., alias se in civitates contulerunt; Balb. 28. quae erat contra omnis leges indemnati civis ... proscriptio; Piso 30.

dominus: quo supplicio dominos indemnatos adficiebat; Verr. V, 18.

B. **allein:** I. sustinet: potest igitur damnati poenam sustinere indemnatus? dom. 77.

II. nex: quem indemnatorum necis principem ... fuisse dixeras; dom. 21.

index, Angeber, Spion, Verräther, Kennzeichen, Titel: I. **absolut:** 1. coarguunt: illum Allobroges, maximarum rerum verissimi indices, ... coarguerunt; Sulla 17.

deferunt: haec omnia indices detulerunt; Catil. IV, 5.

est: cuius rei neque index ... esset; Verr. V, 161. hic enim est legis index; Phil. I, 20.

praebet: ibi tu indicem Vettium linguam et vocem suam sceleri et menti tuae praebere voluisti; Vatin. 24.

venit: interim venit index ad Dinaeam ..; Cluent. 21.

2. exsisto: (complexus) summae benevolentiae indices falsi ‖ falsi indices ‖ exstiterunt in amore simulato; Phil. XI, 5.

abl. abs.: cum eodem illo indice in agrum Gallicum profecti sunt; Cluent. 22. atque illic ... nullo indice ... perterritus omnia ... exponit; ib. 38.

II. **nach Verben:** 1. adficio: *at is* ... indices hesterno die maximis praemiis adfecit; Catil. IV, 10.

conloco: cum L. Vettium ... in contionem produxeris, indicem in rostris ... conlocaris; Vatin. 24.

contineo: quin continetis vocem, indicem stultitiae vestrae! Rabir. 18.

corrumpo: interim Oppianicus ... primum illum indicem pecunia corrupit; Cluent. 23. quod intellegerent indicem ab Oppianico esse corruptum; ib. quo sequestre in illo indice corrumpendo dicebatur esse usus; ib. 25.

duco: cum ... coniurati et eorum indices in aedem Concordiae ducerentur; Catil. IV, 21.

effundo: qui omnis indices tribunus e carcere in forum effudit; har. resp. 34.

fero: sed vocem unam prae vobis indicem vestrarum erga me voluntatum ac studiorum tulistis; leg. agr. II, 4.

introduco: itaque introductis in senatum indicibus institui senatores, qui ..; Sulla 41.

recito: recito memoriam perfuncti periculi, ... indicem ‖ vicem ‖ officii praesentis; Sest. 10.

suborno: medicum indicem subornavit; Deiot. 17.

teneo: index Avillius ex altera parte coram tenetur; Cluent. 39.

tollo: si etiam basim, tamquam indicem sui sceleris, sustulisset; Verr. IV, 79.

2. decerno: qui ... indici praemium decrevit; Catil. IV, 10.

III. **nach Adjectiv:** quid tua sors? tristis, atrox; quaestio peculatus, ex altera parte lacrimarum et squaloris, ex altera plena † catenarum atque indicum; Muren. 42.

IV. **nach Subſtantiven**: 1. dicta, al.: institui senatores, qui omnia indicum dicta, interrogata, responsa perscriberent; Sulla 41.

2. societates cum: quis Lentuli societates cum indicibus ... recordatur? Sulla 70.

V. **Umſtand**: 1. muniri: qui ... munitus indicibus fuit; Sest. 95.

teneri: quaecumque navis ex Asia ... venerat, statim certis indicibus ... tenebatur; Verr. V, 145.

vallari: etenim ... videbant ... Catilinam interea ... vallatum indicibus atque sicariis ..; Muren. 49.

2. in: a quibus ei locus primus in indice ||invidiae|| et in praescriptione legis concessus est; leg. agr. II, 22.

per: me oppugnavit primum per indicem Vettium ..; Sest. 132.

sine: utrum ... sine indice pervenerit ... nescio; Verr. I, 105.

Indicium, Angabe, Anzeige, Erlaubniß zur Anzeige, Beweis, Kennzeichen: I. **abſolut**: 1. est: nullum esse dico indicium libidinis; Verr. III, 5. nusquam nomen, nusquam vestigium fuerat; nullum crimen, nullum indicium; Sulla 20.

exstat: ne quod indicium ... exstaret; Vatin. 26. quarum acerbissimum exstat indicium; prov. cons. 6.

pervenit: nullus umquam de Sulla nuntius ad me, nullum indicium, nullae litterae pervenerunt; Sulla 14. quin eodem perscriptum hoc indicium pervenerit; ib. 43.

redolent: ut multa eius sermonis indicia redolerent; Sest. 24.

2. sum: utrum hoc signum cupiditatis tuae ... an amoris indicium esse voluisti? Verr. II, 115. quae solent esse indicia et vestigia veneni; Cluent. 30. princeps P. Lentulus ... hoc indicium animi, hoc lumen consulatus sui fore putavit; sen. 8. ut esset indicium oppressi senatus; dom. 112.

videor: ac mihi quidem ... illa certissima visa sunt argumenta atque indicia sceleris; Catil. III, 13.

II. **nach Verben**: 1. adfero: tu indicium sceleris ... in iudicium adferas? Cluent. 186. tu periculorum indicia ... ad me et ad senatum attulisti; Flacc. 102. viderat ille Murenam ... ad me consulem cum Allobrogibus communis exitii indicia adferre; dom. 134.

adimo: qui ... edicto .. suo non luctum patribus conscriptis, sed indicia luctus ademerint; Planc. 87.

adumbro: ſ. 4. informo ad.

capio: repetitur ad poenam qui indicia communis exitii cepit; Flacc. 5.

commuto: ſ. 2.

constituo: et nominis funesta indicia constituit; Piso 92.

corrumpo: ne quod indicium corrupti indicii exstaret ..; Vatin. 26.

defero: cum ad vos indicia ... detuli; Sest. 145.

defigo: hanc vero ... porticum esse patiemini ... doloris mei defixum indicium? dom. 103.

do: quapropter ut tibi indicium postulas dari; div. Caec. 34. quod ornamentum pueritiae pater dederat, indicium ... fortunae; Verr. I, 152. Mercurium, ... quem P. Africanus ... non solum suae victoriae, sed etiam illorum fidei societatisque monumentum atque indicium dedisset; ib. IV, 84.

edo: toto iam indicio ... edito; Catil. III, 11. indiciis ... editis; ib. 13. cum ... tibi ... edituri indicium fuerint scribae mei; Sulla 44.

eripio: decreto .. erepta mihi esse istius indicia; Verr. II, 177.

exspecto: quod autem maius indicium exspectatis? Piso 16.

exstinguo: cum illa indicia communis exitii indagavi, patefeci, protuli, exstinxi; Milo 108.

facio: facit ipse indicium; Verr. I, 150.

indago: ſ. exstinguo.

interpono: potuit certius interponere indicium ||iudicium|| voluntatis suae? Balb. 42.

lego: sed lege indicium; Sulla 36. tu ... cum indicio lecto ... tacueris; ib. 44.

lucror: lucretur indicia veteris infamiae; Verr. I, 33.

ostendo: haec populo Romano ... scelerum indicia ostendit; har. resp. 24.

patefacio: quamquam patefactis indiciis ... praetoris ius ... amiserat; Catil. III, 15. ſ. exstinguo.

profero: tantum ... indicia apud vos et exempla profero; Verr. IV, 49. ſ. exstinguo.

promulgo: promulgarisne ... indicium Vettio? Vatin. 26.

refero: cum scirem ita esse indicium relatum in tabulas publicas; Sulla 42.

reperio: quae indicia parricidiorum ... reperietis! Sulla 76.

reprehendo: ne cui liceret umquam reprehendere illud indicium; Sulla 43.

tueor: quisnam ... tuebitur P. Scipionis memoriam mortui, quis ... indicia virtutis? Verr. IV, 80.

tollo: urbem relinquere .. esse honestius quam pati tolli ... indicia societatis populi Romani; Verr. II, 88. quae vetustas tollet sceleris indicia latrociniique vestigia? Phil. XII, 12.

video: domum, ... in qua cotidie superioris viri mortis indicia ... videret; Cluent. 188.

2. coarguo: ante quam me commutati indicii coargueris; Sulla 44.

3. sum: quae domus erat ipsa indicio crudelissimi tui dominatus; dom. 110.

4. congrego in: hominem ... in idem Vettii indicium atque in eundem hunc numerum congregasti; Vatin. 25.

informo ad: informat ad hoc adumbratum indicium filium; Sulla 52.

pervenio ad: atque ad haec tanta indicia perveni; Catil. III, 22.

respondeo de: quo in loco C. Postumo ... de divisorum indiciis ... respondebo; Muren. 54.

sum in: illud mihi tantum satis est, contra Sullam nihil esse in indicio; Sulla 39. quod praemii solet esse in indicio ..; ib. 51.

III. **nach Adjectiv**: expers: eius indicii ... expertem esse neminem volui; Sulla 42.

IV. **nach Subſtantiven**: auctoritas: nisi recenti memoria senatus auctoritatem huius indicii monumentis publicis testatus essem; Sulla 41.

pars: si eum, qui indicii partem acceperit, oculis cernetis; Sex. Rosc. 107.

V. **Umſtand**: 1. adgregare: huius etiam filium eodem indicio et crimine ad patris interitum adgregare voluisti ..; Vatin. 25.

cogi: etenim cum homines nefarii de patriae parricidio confiterentur, consciorum indiciis ... coacti; Phil. II, 17.

comprehendi: quo facilius .. comprehenderetur res eius indicio; Cluent. 47.

comprobari: ac tum ... crimen hoc Asuvianum ... indicio Avilii comprobabatur; Cluent. 39.

deferri: nullius indicio ... de P. Sulla rem ullam ad me esse delatam; Sulla 85.

opprimere: L. Lentulum ... eiusdem Vettii indicio opprimere voluisti; Vatin. 25.

patefieri: quae res ... argumento indicioque patefacta est; Verr. a. pr. 17.

2. in: sed ego in quaestionibus et indiciis non hoc quaerendum arbitror ..; Sulla 39.

indico, angeben, verrathen: I. **abſolut**: 1. **unperſönlich**: dare potestatem indicandi ... debuisti; Cluent. 187. quoniam Cornelius ipse etiam nunc de indicando dubitat; Sulla 52.

2. perſönlich: alqs: poteritisne dubitare .. quis indicarit? Sex. Rosc. 107. ne indicent; Sulla 39. ne illi umquam indicarent ..; ib. 39. paulo ante imprudens indicasti; Vatin. 8. ut modo tute indicasti; Piso 91. se gladio percussum esse ab uno de illis, ne indicaret; Milo 65. quod non indicasti, gratias ago; Phil. II, 34.

libelli: ut hi ... libelli indicant; Verr. II, 185.

municipes, vicini: ei (municipes aut vicini) plerumque indicant; Sex. Rosc. 105.

pater: id aeque valere debet ac si pater indicaret; Sulla 51.

principes: ut indicant hi principes civitatum suarum; Planc. 28.

res: ut res indicat; Verr. V, 50.

II. mit Ergänzung: 1. de: sed tamen quis tibi, Laeli, de epistulis istis indicavit? Flacc. 92. qui posset de absente se indicare ‖ vindicare; indicare ‖; Deiot. 21.

2. indir. Frage: nam superiore parte legis quem ad modum Pompeium oppugnarent a me indicati sunt; leg. agr. I, 5. nam indicat tot hominum fletus quam sis carus tuis; Rab. Post. 48.

3. nom. c. inf.: scutorum ... multitudo deprehendi posse indicabatur; Milo 64.

4. acc. c. inf.: et tamen indicavit se non solum artificio ... duci; Verr. IV, 124. res enim indicat nihil ipsos habuisse cogniti; Cluent. 131. cui ad sollicitandos pastores Apuliam attributam esse erat indicatum; Catil. III, 14. indicavit se audisse aliquid; Sulla 81. quoniam census ... indicat eum ... se iam tum gessisse pro cive; Arch. 11. donatum esse L. Cornelium ... indicant publicae tabulae; Balb. 19. indicasti non modo amplissimae, sed etiam minimae laudi lauream concessisse; Piso 74. quo metu commoti Dyrrachini profugisse noctu crepidatum imperatorem indicaverunt; ib. 93. ignotis te iudicibus uti malle quam notis indicavisti; Planc. 42. indicas .. eos testis te producere; ib. 54. in idem crimen vocando indicas eum te adripuisse; ib.

III. mit Object: alqm: iam se ipse indicabit; Verr. I, 36. tabulae nullum indicant emptum; ib. IV, 36. at is ... a puero conscio est indicatus; Cluent. 183. nunc iam se ipsi indicabunt; leg. agr. I, 5. ut ... indicare se ipsi viderentur; Catil. III, 13. ut non iam ab aliis indicari ... viderentur; ib. cum me violare volent, se indicabunt; ib. 27. atque ille ... non se purgavit, sed indicavit; Muren. 51. iam me vobis, iudices, indicabo; Arch. 28. cum neque muta solitudo indicasset neque caeca nox ostendisset Milonem; Milo 50. metuebat scilicet, ne indicaretur; ib. 57. qui indicabantur; Fr. B, XI, 9. ſ. II, leg. agr. I, 5.

alqd: nonne hoc indicant? Verr. II, 155. quod scriptum est, ... id ablatum indicat; ib. IV, 127. quod si tum indicatum non esset; Cluent. 201. quod non gratis fit, indico; leg. agr. II, 58. ut ea, quae sciret, sine timore indicaret; Catil. III, 8. ut aliquis ... bonorum hostis aliter indicata haec esse diceret; Sulla 41. quod indicat per istum puerum Cornelius; Sulla 51. quid ergo indicat? ib. 53. quod indicant tabulae publicae; Piso 86. si hoc indicasti; Planc. 13.

furtum: litteras, .. quae istius furta indicarent; Verr. II, 180.

proditorem: ut ... proditores non indicem; sen. 23.

rem: rem omnem dominae indicavit; Cluent. 180.

voluntatem: verba ... quae indicarent voluntatem; Caecin. 53.

indico, anſagen, anfündigen: I. acc. c. inf.: cum indicat esse quosdam civis imperitos ..; Rabir. 18.

II. bellum: ſ. **bellum,** II, 1. indico (10 St.) B. I, S. 400, b.

funus: quod de me civi ita de re publica merito tulisses, funus te indixisse rei publicae; dom. 42. tamen id funus ... iure indictum esse dicebant; ib. dixit graviter casum illum meum funus esse rei publicae, sed funus iustum et indictum; prov. cons. 45.

mercatum: tanto mercatu praetoris indicto concurritur undique; Verr. II, 139.

III. Lüde: ac furiosis contionibus indixerat; Fr. B, XIII, 1, 1.

indictus, unverhört, ohne Vertheidigung: causa: ſ. **causa,** I, 1. est indicta (9 St.) B. I, S. 467, b.

indidem, ebenbaher: indidemne Ameria an hosce ex urbe sicarios? Sex. Rosc. 74.

indigeo, bedürfen: I. celeritatis: tum hoc bellum indiget celeritatis; Phil. VI, 7.

defensionis: quid est ... quod defensionis indigeat? Sex. Rosc. 34.

rerum: nisi forte regium tibi videtur ... non ceterarum rerum indigere; Sulla 25.

II. existimatione: mea adulescentia indiget illorum bona existimatione; Qu. Rosc. 44.

indigne, unwürdig, ſchmachvoll, unwillig: concido: praeclare vir de re publica meritus .. indignissime concidit; Sest. 140.

eripio: cumque ille vir ... eriperetur indignissime bonis omnibus atque universae civitati; Cael. 59.

fero: indigne ferunt illam clementiam. ... tantam in crudelitatem .. esse conversam; Verr. V, 115.

frango: cervices in carcere frangebantur indignissime civium Romanorum; Verr. V, 147.

morior: ut ... acerbe indigneque moreretur; Cluent. 42.

obtrecto: quo mihi etiam indignius videtur obtrectatum esse adhuc; imp. Pomp. 57.

patior: cum indigne pateretur uxor Cleomenis Syracusani; Verr. V, 31.

privo: qui ... eos indignissime luce privarit; Sex. Rosc. 63.

indignitas, Unwürdigkeit, Nichtswürdigkeit: I. commovet: hic te si ... indignitas ... non commovebat; Verr. I, 144.

habet: habet hoc praemii tua indignitas; Vatin. 11.

postulat: si *tua* tantum modo .. quid indignitas postularet spectare voluissem ..; Vatin. 1.

versatur: versatur mihi ante oculos indignitas calamitatis; Verr. V, 123.

II, 1. cognosco: quo etiam facilius ... *cognoscere possint ... eorum .. indignitatem;* Scaur. c. 5 § 7.

2. fruor: fruar tamen tua indignitate; Piso 99.

III, 1. conturbari: accedit ut ... alterius indignitate conturber; Deiot. 2.

invidiosus: o invidiosum .. paucorum culpa atque indignitate ordinem senatorium! Verr. III, 145.

vincere: ei, qui indignitate servos ... vicerit; Verr. IV, 112.

2. ex: ne qua ex tua summa indignitate labes illius dignitati aspersa videatur; Vatin. 15.

pro: congemuit senatus frequens neque tamen satis severe pro rei indignitate decrevit; Muren. 51.

propter: quorum nemo propter indignitatem repudiatus est; div. Caec. 63. cuius propter indignitatem iudicii .. est actum; Verr. I, 156. sed homines .. propter indignitatem ‖ dignitatem ‖ suam diffisi ipsi sibi ... se in illos fluctus prope necessario contulerunt; prov. cons. 38.

indignor, unwillig ſein: nimium ait me indignari de tabulis; Qu. Rosc. 5.

indignus, unwürdig, unſchicklich, ſchmachvoll, empörend, unverdient: A. alqs: eine ... indigni erant qui impetrarent? Sex. Rosc. 119. si vobis indigni essent visi quibus opem ... ferretis; Verr. II, 9. quicumque senator voluerat fieri, quamvis

Digitized by Google

puer, quamvis indignus; ib. 121. timere non debeo ne non ... omnes simili periculo indignissimi iudicentur; ib. V, 171. quem iam ante iudiciis indignum putavit; ib. 178. ut ... nemo sit qui te ullo cruciatu esse indignum putet ..; Vatin. 19. tamen te omni honore indignissimum iudicavit; ib. 89. ut timeres ne indignus beneficio videreris; Piso 82. qui te indignum aedilitate iudicavissent; Planc. 9. ut beneficio non dicam indignus, sed victus esse videare; ib. 81.

alqd: nam quid hoc ... indignius dici ... potest? Quinct. 8. quod indignissimum est; ib. 83. indignum est a pari vinci aut superiore, indignius ab inferiore; ib. 95. nonne cum multa indigna tum vel hoc indignissimum est? Sex. Rosc. 8. ut ... intellegere possitis ... ea indigniora esse; ib. 14. quod Amerinis ... visum est indignum; ib. 23. quo populus Romanus nihil vidit indignius; ib. 33. illud ... magis indignum videtur; ib. 34. quod tametsi ... indignum est ..; ib. 49. omnia ... sunt ... indigna; ib. 78. non ita quaeram, .. ut id dicam esse indignum; ib. 125. quae ... mihi indigna ... videntur; ib. 129. Sex. Roscius horum nihil indignum putat; ib. 143. nisi hoc indignum putas; ib. 147. quo nihil ... indignius potest dici; Qu. Rosc. 52. ut ... ea ... indigna videantur esse; div. Caec. 38. aliis illud indignum ... videbatur, ... indignum eis, qui altius aspiciebant; Verr. a. pr. 19. indignum isti videri coepit ..; ib. I, 132. fit maximus clamor ... eorum, quibus indignum semper visum erat; ib. II, 47. si ... vociferari velim, quam miserum indignumque sit; ib. 52. quanto illud ... indignius, eum ... condemnare? ib. 78. cum id ... indignum ... videretur; ib. 127. indignum uni ... fieri potestatem; ib. III, 140. quid hoc indignius? ib. 200. hoc indignissimum videbatur; ib. 204. ea re tibi indignum visum est quicquam ..? ib. IV, 45. hoc sibi eripi miserum esse et indignum; ib. 67. quid hoc indignius ... videri potest? ib. 71. ut nihil mihi indignius ... esse videatur; ib. 88. quod cum illis ... indignum ... videretur; ib. 85. omnibus ... indignum ... videbatur; ib. 99. ecquid indignius ... proferri potest? ib. V, 16. tum vero omnibus indignissimum visum est; ib. 107. indignum hoc video videri omnibus; ib. 143. utrum *haec* tam acerba, tam indigna ... facta essent necne; Tull. 42. non visum esse maioribus nostris tam indignum istuc nescio quid quam tu putas, hominem occidi; ib. 49. quod ... indignissimum porro videretur; Cluent. 79. ut tibi concedam hoc indignum esse, ... tu mihi concedas necesse est multo esse indignius ... discedi ab legibus; ib. 146. quod indignissimum est; Caecin. 4. quod est indignissimum; leg. agr. II, 15. quid indignius quam qui neque adesse sit iussus neque ..? dom. 46. quod non minus quam de Alexandrinis indignum dis immortalibus esse visum certo scio; har. resp. 34. in quo ... multa sunt indigna; Sest. 2. quod est indignissimum ..; prov. cons. 5. quia videbatur indignum esse; Milo 59. quid indignius quam ..? Phil. II, 86.

acerbitas: tamen omnia muta ... tam indigna rerum acerbitate commoverentur; Verr. V, 171.

